AB
154100

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0001-0

00

E. o. 17. a.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0002-5

1) Hermanni Buschii Spicilegium
2) Ejusdem in laudem divae virg. Mariae Epigrammata quaedam.
3) Epistolae et versus quorundam doctorum virorum in eundem
4) Oestrum in Pilemannum Heuerlingeum ejusdem.

BIBLIOTHEK
des Königl.
DOM-GYMNASIUMS
ZU
MAGDEBURG.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0004-6

# In hoc opuſculo hec ↄtinent.

¶ Hermāni Buſchij Spicilegiū .xxxv. illuſtriū phōrum auctoritates vtileſqꝫ ſententias continens.

Eiuſdem in laudē diue virginis Epigrāmata quedā.

Epiſtole item et verſus quorūdam doctorū virorū ad eundem.

Oeſtrum in Tilmannū Heverlingū eiuſdem.

KŒN: DOM-
GYMNASIUM
ZU
MAGDEBURG.

AB 154100

Universitäts- und Landesbibliothek

2213,

# Hermānus Buſchius

Paſiphilus Johāni Helioreo/alias Sunnen bergio/viro nobili et inſigno phō: in Contu bernio phīco Monocerotis: apud Roſtochiū Rectori S. P. D.

CRedis fortaſſe vir humaniſſime/ꝙ tue erga me liberalitatis ſim oblitus: more hoim quorūdam: quibus ſi quid bn̄ facias mox obliuiſcūtur. Si vō eos in aliquo offendas: imortalem eius rei tm̄ memoriam habent in quo ſe leſos arbitrant̄ Sꝫ ſpero inuenies me talem/qualem me eſſe nūq̄ꝫ dubitaſti/Hoc eſt/virum gratū/et qui nō ſolū meminerit: ſed etiā meminiſſe gaudeat: tue in ſe ſumme beniuolentie atqꝫ virtutis. Et vt Vergilij (quē tu diligentiſſime hoc āno ꝓfiteris in Academia Roſtochienſi) verſibus tecum loquar.

Dulcia amara prius fient: et mollia dura
Candida nigra oculi cernent: et dextera leua
Q̄m̄ tua de noſtris: emigret cura: medullis.

Miſiſſem tibi mee huius in te fidei pignus Cōmētaria nrā in opa aliqua Prudentij/que cōpoſui interim ꝙ a te diſceſſi/niſi adhuc lima indiguiſſent. Mittent̄ tamē ne dubita/et ſub tuo noīe publicū merebūtur. Interea accipe hoc de phōrū vitis ex Diogene Laertio excerptū noſtrū Spicilegiū Sic em̄ libuit inſcribere hos duos libellos/ꝙ que de phōrū dictis in illos cōgeſſimus: tāq̄ꝫ ſpicas ī agro aliquo diuitis agricole neglectas ab alijs nos pauperis ingenij (q̄s vt inquit Plautinus Euclio pauxillū paruifacere nō eſt veriſik̄e) collegimꝰ in vſuꝫ aliquē ſaltem puerorū/quibus ediſcēda ꝓponi nō incōmode poſſunt/dū adhuc ꝓpter infirmitatem animus illorū nihil capere poteſt altioris ꝓfectus. Non poſſum hic nō ridere emulū meum Tilmannū Heuerlingū: qui cenſuit inſcribendos eſſe ſtratagemata quaſi Chrie aut

Ethologie phorum: nō ad mores hoim dirigendos/ ſed ad decipiendū hoſtem accomodate eſſent. Vale mi ſuauiſſime Johānes/ ⁊ Prudentio ex Muſeo noſtro ad te paulopoſt pfecturo: liberale (vt ſoles) hoſpitiū para

# Sapienter dicta aut reſponſa Illuſtriū phoꝝ. ⁊ prio Thaletis Milleſij.

¶ Thaletis Milleſij a quo fluxit ea phia quā Jonicā vocauerūt iſte feruntur nobiles ſententie.

¶ Antiquiſſimū eorū que ſunt oim deum/ ingenitū eni. Pulcherrimū mundum/ qm̄ a deo factum Maximum aūt locū/ quia capit omia Velociſſimū mentem. nam p vniuerſa diſcurrit. Fortiſſimū neceſſitatem/ cuncta eni ſupat. Sapientiſſimū quidem tps. inuenit nāq3 oia.

Amicorū pſentiū ⁊ abſentiū eque memores nos eſſe debere aiebat. Non cōponere faciē ſed bonarū artiū ſtudijs animū excolere preclarum eſſe dicebat.

Jtem. Noli inquit ditari nequiter/ neq3 te in ius vocet ſermo cōtra cōiunctos tibi ac ſocios dictus.

Quecūq3 ſtipendia parentibs intuleris/ eadem ipe a filijs expecta.

## Reſponſa eiuſdem.

¶ Jnterrogatus aliqū lateret ne deos hō male opans Ne cogitans quidem inquit.

Jnterrogatus etiā Quidnam ſit difficile/ ſeipm inquit noſſe. Quid cōtra facile/ alios monere dixit. Quid ſuauiſſimū/ frui inquit. Quid deus/ qd initio et fine careat Quid difficile vidiſſe/ tyrannū inquit ſenem.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0008-9

Interrogatus etiã Quõ optĩe ac iuſtiſſime viueremus. Si que in alijs rep̄hendimus ait/ipi nõ faciamus. Interrogatus/Quiſnam felix ſit. Qui corpe inq̃t ſanus fortũa locuples/aĩoqꝫ nõ ignauus aut impitus eſt.

## Dicta Solonis.

¶ Solonis he celebres ſunt ſententie.

Sermonem eſſe effigiem operis.

Leges Aranearũ telis eſſe ſimilimas Illis quippe ſiq̃d leue ac imbecillũ inciderit/inuolui ab eis atqꝫ coerceri. Siquid maius aut grauius/ſcindi ip̄as ac perire.

Qui apud tyrãnos aliquid poſſent eos calculis quib9 in cõponendis ratiõibus vtimur cõparare cõſueuerat: vt em̃ illi interdũ maiorem numerũ/interdũ minorem ꝑcant. Ita tyrãnus horũ quenqꝫ ꝓut libitũ fuerit aliq̃n illuſtrem et inclytũ/aliq̃n obſcurũ habet ⁊ ignobilem.

Et eius ſunt hec Mentiri noli/Preclara ſtudioſe meditare/Amicos cito noli acquirere. quos autẽ acquiſieris reprobare caue.

Tunc rege cũ primũ didiceris regi.

Conſule nõ que ſuauiſſima/ſed que ſunt optima.

Animũ ac rationem ducem ſequere.

Noli malis cõgredi/Deos honora/Parẽtes reuerere.

## Reſponſa eiuſdem.

¶ Interrogatus Cuius rei grã cõtra parricidaꝫ legem nõ tuliſſet. Fuit em̃ legifer Athenienſium. R̃ndit q᷑ tale ſcelus deſperaſſet.

## Chilo Lacedemonius.

¶ Huius ſunt hec dicta.

Liguam ſꝑ quidẽ ſed in cõuiuio p̄ſertim cõtinendam.

Proximo nō maledicendū/Alioquin audituros que cō tra nos merore conficiant.
Nemini intentandas minas. Eſſe eñ muliebre ꝓmpti us ad amicorū aduerſus caſus q̄ȝ ad ſecūdos ſucceſſus accurrendum.
Vxorem humilem et modico apparatu ducendā/mortuo non maledicendū/Honorandā ſenectutem/Obſeruandum ſeipſum.
Damprū potius eligendū q̄ȝ turpe lucrum. Quippe id ſemel angere: hoc ſemper.
Elato ſecundis rebus nō arridendū/Diſcendū domui ſue rite preeſſe.
Linguā ꝑire anīo nō ꝑmittendā Supandā iracūdiam
Impoſſibilia nō appetenda/In via nō ceſſandū.
Inter loquendū nō agitandā manū/eſſe eñ vecordiū/
Obtemperandū legibus/quietem amandam.
Dicere etiā conſiteuit. Cotibus lapideis aurū examiari Auro aūt bonorū malorūue hoīm mentem cuiuſmodi ſit approbari.

# Reſponſa eiuſdem.

Interrogatus quo differant periti ab imperitis Bona inquit ſpe.
Interrogatus quid ſit difficile/Archana inquit retinere/et ocium recte diſponere/Iniuriaſq̄ȝ tolerare poſſe.
Et ꝓpterea fratri ſuo indignanti q̄ Ephorus ipſe non fuerit cum ille fuiſſet. Ego inquit pati iniurias poſſum tu non.

# Pythacus Mytileneus.

Huius ſententia erat. Ebrios cum peccarent duplici pena afficiendos.
Reliqua eius dicta fuerunt iſta.

Neceſſitati nec deos reluctari.
Principatū viros declarare.
Dicebat prudentiū virorū eſſe priuſq̃z aduerſa ↄtingāt puidere ne eueniant. Fortiū vero cum illa contigerint/ equo animo ferre.
Item quod facere intendis aiebat/noli p̄dicare. Nam ſi id facere nequiueris irrideberis.
Infelicitatē nemini improperaueris/ne iuſte queremonie pateas. Depoſitum cum acceperis redde.
Amico noli maledicere/ne inimico quidem
Pietatem colas/Frugi eſto.
Prudentiam ama/Veritati ſtude.
Fidez/pitiam/dexteritatē/ſolertiā/diligentiāq̃z cuſtodi.
Fertur et eius illa ſententiola.
Dimidiū plus eſſe toto. Et illa. Tempus noſce.

# Reſponſa eiuſdem.

Interrogatus aliquādo quid eſſet optimū Quod in preſentiarū inquit occurrit Bene agere.
Percunctantibus ex eo quibuſdaz quid eſſet gratificū/ Tempus inquit.
Quid obſcurū/futurorū euentus reſpōdit. Quid fidele/ terra. Quid contra infidum/mare.

# Bias Prieneus.

Huius iſte imprimis ſententie placuerunt.
Ciuibus placere ſtude hʒ enī id multuz gracie. Contra vero faſtus ac ſupbia ſemper nocuit.
Item. Corpe eſſe validū/nature munus eſt/porro que vtilia ſunt patrie dicere/animi ac prudentie ꝓpriū.
Item Infelicē dicebat qui infelicitatē ferre nō poſſet.
Et pecuniarū copiam pluribus etiā fortibus obfuiſſe/
Aiebat q̃z ita amandū eſſe quaſi odio ſinus habituri.

Sic aũt conſulebat Quodcũq₃ agere inſtituis cũctabũdus ac deliberabũdus arripe. Ceterũ in eo qđ elegeris firmiter perſiſte.
Noli cito loqui. Eſt eñ inſanie inditiũm.
Indignũ hominem diuitiarũ grã laudare noli.
Quodcũq₃ boni egeris ad deos refer.
Viaticũ tibi ab adoleſcentia ad ſenectutem Sapientiã compara / quippe ſola eſt certa veraq₃ poſſeſſio.

## Reſponſa eiuſdem.

❡ Interrogatus quidnã eſſet difficile / ferre inquit fortiter mutationem rerum in deterius.
Percunctanti impio hoĩ quid eſt pietas / nihil reſpõdit. Cũq₃ ille ſilencij cauſam ſciſcitaretur / quia inquit de rebus nihil ad te ptinentibus queris.
Interrogatus etiã quid eſſet dulce homĩbus / Spes inquit. Hec ille.

## Cleobulus Lyndius.

❡ Hec autem loquutũ Cleobulum dicunt.
Imperitiã in hoĩbus maiori ex pte domĩari ⁊ multitudinem verborũ. Precipiebat ṽo ita Sentire atq₃ ſapere illuſtre aliquid ⁊ inclytũ ſtũde. inanis ⁊ ingratus ne ſis Aiebat quoq₃ filias nuptui locari oportere / etate virgines / ẜ prudentia ⁊ ſenſu mulieres. Dicebat item.
Amicos bñficijs fouendos: vt amicitiores fiãt. Inimicos bñficijs amicos faciendos: Cauendas vitupatões amicorũ Inſidiaſq₃ inimicorũ fugiendas.
Illud itẽ. Anteq̃₃ domo quis exeat q̃d acturus ſit apđ ſe ipẽ ptractet / rurſus cũ redierit quidnã egerit recogitet Conſulebat Corpus rite exercendũ₃ / Audiendi magis q̃₃ loquendi ſtudioſum eſſe oportere voluptatem frenendam.

Nihil vi agendum dixit et illud quoqꝫ
Dum ſecūda fortuna arridet ſupbire noli aduerſa perſtrepente noli frangi. Fortune mutationes fortiter perferre diſce.

## Periander Chorinthius.

Periander hec traditur dixiſſe.
Bona eſt quies/ac piculoſa temeritas
Inter ſecundas res moderatus/Inter aduerſa prudens eſto.
Amicis felicibus et infelicibus eundē te prebe.
Quodcunqꝫ pollicitus es ſerua.
Inter loquendū caue ne ſecreta pronūcies.
Non peccantes mō ſed peccare geſtientes puni.
Nihil pecuniarū grā agendum dicebat.
Et hijs qui tuto regnare vellent aiebat ſumma ope nitendū vt beniuolentia nō armis ſtiparent Ipſius et hoc eſt Exercitatio totum valet.

## Reſponſa eiuſdem.

Rogatus aliquando cur in tyrannide pſiſteret/Primus enī armis ſtipatus inceſſit/magiſtratū qꝫ ad tyrānidem vertit. quia inquit ſponte et inuitū cedere eque periculoſum eſt.

## Anaxagoras Clazomenius.

Iſte Homeri opus/cuius ad modū ſtudioſus fuiſſe phibetur primus dixiſſe fertur. De iuſticia et virtute cōpoſitum poema.
Cum vidiſſet Mauſoli regis charie ſepulchrū. Monumentū inquit pcioſum et lapidibus ornatū diuitiarum imago eſt.

Indignanti cuidaz atqꝫ moleſte ferenti / ꝙ in alieno loco moreretur. Bono inquit eſto aīo Idem enī vndiqꝫ in infernū deſcenſus eſt.

## Socrates Athenienſis.

Socrates innocentiſſimus phūs oraculo Apollinis ſapientiſſimus mortalium iudicatus dicere ſolebat. Qui ſuauiſſime comederet eum minime lautiore obſonio indigere. Et qui cum voluptate biberet euz ꝙ preſens non ſit poculum non requirere / eūqꝫ dijs maxime propinquū qui minimis egeat.

Primus hic moralem phīam inuexit Aīaduertens enī naturalis ſpeculatiōis fructum ferme nullū eſſe ea potius inquirenda hortabatur que mores inſtruerent / Et quorū vſus nobis domi ſit neceſſarius / dicens Que ſupra nos nihil ad nos Illos reꝑhendens qui celi et ſiderum motus ſcrutarenꝶ ſeipos ignorantes.

Dicebat vnicum eſſe bonum ſcientiam

Malum econtra vnicum inſcicitiam.

Dicebat etiaz. Minime improbum ſiue pudendum qđ quiſqꝫ neſciat diſcere.

Item. Bene incipe / paruū nō eſſe / imo vō maximū.

Aiebat. Item plurimos homīes viuere vt ederent ⁊ biberent. Se vō edere ⁊ bibere vt viueret.

Hortabaꝶ etiaz iuuenes vt crebro ſe ſpeculo intuerenꝶ vt ſi quidem formoſi eſſent digni ea ſpecie fierent. Sin aūt deformes deformitatem eruditiōe redimerent.

Cum fuiſſet aliqn̄ calce a quodam ꝑcuſſus admirantibus qui forte aderant illius pacientiaz dixit. Quid enī ſi aſinus me calce impetiſſet Num illum in iuditium traherem.

## Reſponſa eiuſdem.

Nunciãti ſibi quẽdã maledictis ſe inceſſere Bene/ait loqui non didicit.
Dicenti item alteri. Nonne ille tibi maledicit/Non reſpondit. Iſta eñ mihi nõ adſunt.
Referenti ſibi ꝙ Athenienſes moriturũ eũ decreuiſſent: At illos natura reſpondit. Quidam tamẽ hoc Anaxagoram dixiſſe tradunt.

## Plato Athenienſis.

Diuerſam virtutis et voluptatis naturaꝫ iuuenibus hac ratiõe ſepius monſtrabat. ꝙ diceret huius momentaneã dulcedinem Subitam ſequi penitentiã dolorẽqꝫ ꝑpetuũ Illius aũt breues labores eternã voluptatẽ.
Sanitatem animi veram phiam eſſe dicebat. Ceteras facultates nõ tam phiam q̃ꝫ ornamenta videri.
Ebrietatem et ſomnũ maxime deteſtabatur dicens. Et ebriũ ⁊ dormientem nullius eſſe precij.
Affirmabat etiã Veritate nihil eſſe melius: nec durabilius/ vel vt ait Laercius Veritatem auditu ſuauiorẽ eſſe omĩbus que dicerentur.
Principibus dicebat Nullũ genus poſſeſſionis eſſe preſtantius q̃ꝫ familiaritates eorũ hominũ qui cauponari neſcirent. Hoc eſt qui neſcirent omĩa magis ſua q̃ꝫ principum vtilitate metiri more cauponũ.
Item addebat principi nõ aliter neceſſariã eſſe ſapientiam q̃ꝫ corpi animã.
Frequenter etiaꝫ hoc dicere vſurpabat. Nihil peſtilentius eſſe audacia quã ignorantia cõcomitaretur.

## Reſponſa eiuſdem.

Interrogatus quidnam inter pitũ et impitum intereſſet. ꝙ inter medicũ inquit atqꝫ egrotum.
Cum item vidiſſet quendã alea ludentẽ reꝑhendiſſetqꝫ

atq; ille diceret. q̄z parua reprehendis; Non eſt inquit paruū conſuetudo.

## Arceſilaus Pytaneus.

¶ Arceſilaus Loquaci ⁊ identidez ſe obtūdenti nimio verborū ſtrepitu/graui inquit nutrice caruiſti.
Idem cū ſibi inter pocula ſup cenam Aridelus quidaz pponeret qđ ſpeculatione indigeret/oraretq; vt de illo diſſereret/dixiſſe fertur. Hoc ipm imprimis phie ppriū eſt cuiuſq; rei tempus ſcire monens inter potanduz nō eſſe philoſophandum.

## Reſponſum eiuſdem.

¶ Perlepidum et hoc illius reſponſum memorat. Percunctanti eñi cuidam cur ex alijs diſciplinis pleriq; ad ſectam Epicureā tranſirent. Ex Epicureis vo nullus ſe ad ceteras ſectas conferret Quia inquit ex viris galli fiunt/ex gallis viri nunq̄z.

## Lacydes Cyreneus.

¶ Huius hoc vnicū dictū repio Cum Attalus rex ad ſe illū accerſeret/dixiſſe fertur. Imagines pcul intuendas ſignificans indoctos principes verius imagines et ſtatuas eſſe q̄z principes/et pp̄terea eis nō cōgrediendū.

## Antiſthenes Athenienſis.

¶ Hic tanti faciebat Socratē quo pceptore eſt vſus vt quottidie quadraginta ſtadia ad audiendū illū pgeret.
Idem vt aiunt Primus ſermonē diffiniuit dicens. Sermo eſt qui quid quodq; ſit aut fuerit exprimit.
Item. q̄ labor bonū eſſet magni Herculis ac Ciri teſti-

monio ſuadebat Illō a grecis hoc a barbaris mutuā.
Dicebatq; iugit Inſania potiꝰ q̄z voluptate corripiar.
Aiebat etiā. Regium eſt male audire cū bene feceris.
Item Cum vidiſſet aliqn̄ mechū fugientem inquit Infelix quantū pꝛiculi vno obulo vitare potuiſti.
Dicebat etiā. Si vrgēte neceſſitate vtriq; vitari nō poſſent melius eſſe in coruos q̄z in aſſentatores incidere.
Illos quippe mortuos tm̄ hos viuentes deuorare.
Familiari quodam apud ſe deplorante qꝫ pdidiſſet cōmentaria. Portebat inquit iſta in aīo potius q̄z in cartha ſcripſiſſe.
Sicut rubigo ferrū ita inuidiā inuidos ꝯſumere aiebat.
Ciuitates tunc interire dicebat cū bonos diſcernere nequirent a malis.
Cūq; aliqn̄ a malis laudaret̃ magna inq̄t anxietudine maceror ne forte mali quippiā fecerim.
Ea idem paranda dicebat viatica que ſimul cum naufragio enatarent.
Itez Abſurdū dicebat eſſe triticū purgare lolio/bellūq; inutili milite/rem vō publicā nō exhaurire inuidis.
Cuidā delicias laudanti inimici inquit delicate viuant

# Reſponſa eiuſdem.

¶ Interrogatus que nam eſſet diſciplina magis neceſſaria. Mala inquit dediſcere.
Item. Cuiuſmodi ducenda vxor eſſet interroganti. Si inquit formoſam duxeris/habebis cōmunem Si deformem/penam.
Interrogatus Cur paucos haberet diſcipulos. q: inq̄t argentea illos virga eiicio.
Item. Cur in diſcipulos acrius inueheret̃/et medici in languidos nō obtempantes inuehuntur ait.
Roganti etiā quidnam apud homīes eſſet beatius Felicem inquit mori.

# Diogenes Cynic⁹ Synope⁹

¶ Diogenes Antiſthenis auditor fuit qui cū ex inſtituto ſuo neminē reciperet. Hunc Diogenē ſe quottidie cōuenientē conſectantēq; etiā repellere conabat᷑ in tantū vt qn̄q; ipſi baculo minaretur/ at ille ſubiecto capite Cede inquit. nunq̄; eīn ita durū baculū repies qui me abs te q̄; diu aliquid docueris arcere poterit. Eaq; ꝑſeuerātia Antiſthenē ſupauit/ illiuſq; auditor ꝑmanſit.

Inter cetera eius que plurima notata ꝛ tradita ſunt litteris/ dicebat ſe mirari grāmaticos ꝙ Vlyſſis mala inquirerent ſua penitus ignorarent.

Muſicos ſimiliter ridebat/ ꝙ cū lyre chordas congrue aptarent animi' mores incōcinnos haberent.

Sed et mathematicos carpebat ꝙ ſolem ꝛ lunam et ſidera intuentes/ que ante pedes eſſent negocia nō attenderent.

Oratores etiā exagitabat/ ꝙ ſtuderent iuſta dicere/ non autem facere.

Dicere ſolebat Manus ad amicos non cōplicatis digitis extendi oportere.

Dicebat item mirari ſe ꝙ ollam ſiue eius operculū non ſine tactu ac tynnitu emimus/ et in ſolo hoīe emendo aut ſuſcipiendo aſpectu tantū contentu ſumus.

Aiebat etiā ſe mirari ꝙ p̄cioſiſſima minimo venirent/ et viliſſima ecōtra/ qn̄ ſtatua aut picta tabella ſepe tribus milibus emeret: chenix aūt farine duobus ereis.

Item Oportere aiebat fortune obijcere cōſtantiā/ naturam legi/ rationem ꝑturbationi.

Ad quendam qui multa de celeſtibus diſſerebat/ qn̄ inquit de celo veniſti.

Perdicca minante niſi ad ſe pergeret illū ſe occiſurum/ Nihil inquit magnū feceris. Nam et cantharis et phalangium id poſſent.

plaudenti Laſciuius in balneo adoleſcenti/quanto in-
quit melius tanto deterius.
Diuitem indoctũ ouem aurei velleris vocabat.
Item. Cupiditatem omniũ malorũ arcem/Bonos vi-
ros effigies deorũ Amorem vacantium occupationem
appellabat.
Adoleſcentem intuens ſe mollius cõponentez Si ad vi
ros inquit iſtud facis/fruſtra. Si ad mulieres/neq̃ter.
Videns aliũ adoleſcentem rubore ꝑfuſum Confide in-
quit fili huiuſmõi eſt enĩ virtutis color.
Luxurioſos dicebat ſimiles ficubus/que per precipicia
naſcantur/quarũ fructus homo nõ guſtat/corui aũt et
vultũres comedunt.
Formoſa ſcorta letali mulſo ſimilia eſſe dicebat.
Dicenti ſibi cuidam ad phiam aptus nõ ſum. Quid er
go inquit viuis/ſi vt recte viuas nulla tibi cura eſt.
Vnguentis delibuto vide ait ne fragrantia capitis feto
rem vite prodat.
Seruos dominis/malos aũt cupiditatibus ſeruire pre
dicabat.
Diſciplinã iuuenibus quidẽ ſobrietatem/Senibus ſola
tium/Paupibus diuitias/Diuitibus ornatũ eſſe dixit.
Dicebat etiã Nihil in vita om̃ino abſq3 exercitatiõe per
fici/eam vero om̃ia exuperare poſſe.

# Reſponſa eiuſdem.

Interrogatus quid ex phia lucratus eſſet. Et ſi nihil
aliud inquit hoc ipm tamẽ vt aduerſus omnẽ fortunaz
preparatus ſim.
Cum aliqñ a Lacedemone Athenas ꝑgeret atq3 inter-
rogaretur quo et vnde. A viris inquit ad feminas.
Interrogatus idem cur homĩes mendicis impenderẽt
non aũt phis. Quia claudi inquit ac ceci potius q̃3 phĩ
euadere ſperant.

Rogatus etiã a quodam Vxor quo tpe ducenda eſſet. Juuenibus inquit nondũ/ſenibus vero nunq̃z.
Percunctanti cur pallens eſſet aurum Quia multos ait inſidiatores habet.
Rogatus etiã quenam pnitioſiſſima morderet belua/ ex feris inquit obtrectator/ex mitioribus aũt adulator.
Lyſia pharmacopola ſciſcitante an deos eſſe crederet/ Quõ inquit nõ credam qui te dijs inimicũ puto.
Interroganti etiã quanam hora prandere opteret/Si diues eſt inquit qñ vult/ſi pauper cum poteſt.

# Chrates Thebanus.

Chrates phũs originẽ generis ſui ab Alexandro ducens/Luxu et ebrietate inſaniam gigni dicebat.
Dicebat impoſſibile eſſe inuenire qui lapſus non fuerit Sz velut in malo punico granũ etiã ſemp aliquod putridum eſſe.
Aiebat etiã deſertos qui cum adulatoribus eſſent nõ ſecus ac vitulos inter lupos.
Amorez fames ſedat/ſin minus/tẽpus/his vero ſi vti non vales laqueus.

# Zeno Citthieus.

Zenonem Cythieũ Athenienſes tanto in honore habuerunt. vt vrbis ac meniũ apud illũ claues deponerẽt coronaq3 aurea et erea imagine hoiem honeſtarent.
Hic adoleſcenti loquaciori aures inquit tue in linguaz confluxere.
Alteri cuidam adoleſcenti inepta plurima deblateranti Idcirco inquit aures habemus duas et vnũ os vt plura audiamus et loquamur pauca.
Quendam ex diſcipłis inflatũ atq3 turgidum pcutiens

dixit. Non ſi magnus fueris bonus eris/ſed ſi bonus magnus.
Nihil faſtu eſſe indecentius dicebat Idq̧ cū in ceteris tum in iuuenibus maxime.
Monebat nō circa voces et vocabula memoriā.ſed circa intelligentiā mentem exercendam.
Conuenire maxime dicebat iuuenibus vti ſumma honeſtate/in habitu/inceſſu/amictu ⁊ ceteris/ Ideo quidā vnguētis delibuto quis ait mulierem hic olet.

## Reſponſa eiuſdem.

Interrogatus Cur cū ſeuerus eſſet in cōuiuio tamen hilareſceret. Et lupini ait cum ſint amari pfuſi tamen aqua dulceſcunt.
Percunctanti etiā quo aīo eſſet aduerſus maledicta veluti ſi legatus ait abſq̧ reſponſo dimittatur.
Fuit aūt cōtinentiſſimus vnde et in pverbium tranſijt/ dicebaturq̧ continentior Zenone. Si phī alicuius continentiam mirabantur antiqui.

## Cleantes Aſius.

Hic cū daretur ſibi probro q̄ eſſet timidus Ideo inquit parum pecco.
Aiunt adeo pauperem fuiſſe Cleantem: vt que a Zenone audiſſet coactus ſit teſte boumq̧ oſſibus inſcribere/ Hoc tn̄ vite inſtituto tantus euaſit vt Zenoni defuncto ex oīmibus diſcipulis ipſe ſuccederet.

## Ariſtoteles Stragirites.

Inter Platonis diſcipulos maxime excelluit Ariſtoteles de quo nunc nobis dicendum.
Amicis et diſcipulis iugiter iſta conſueuit ingerere.

vbicun͡qꝫ moraretur Aſpectus a cõtinenti quidem aere accipit lumẽ. Animus aũt a diſciplinis liberalibus.
Athenienſes aiebat leges et frumentũ inueniſſe/Ceterũ frumento vti/legibus nõ vti.
Studiorũ liberalium amaras radices/fructus aũt dulces aſſerebat.
Tria dicebat pueris eſſe neceſſaria/Ingeniũ/Exercitationem/et Diſciplinam.
Audierat aliqñ ſe a quodaꝫ maledictis laceſſitũ/Tum ille abſentem inquit me verberet etiam.
Diſciplinam quoqꝫ dicebat optimũ viaticum ad ſenectutem eſſe.
Alias loquaci cuidam homĩ cum illũ improbe probris multis obtudiſſet dicenti Num te ſatis obtudi. Hercule inquit/nõ tibi animũ intendi.
Dicebat idem pulchritudinẽ plus ad cõmendationẽ valere q̃ꝫ oĩes epiſtolas.
Item Eruditionem dicebat inter proſpera ornamentũ inter aduerſa refugium eſſe.
Parentes qui liberos erudiendos curaſſent longe honorabiliores eſſe predicabat his/qui ſolum genuiſſent/hos eñ viuendi tantũ Illos etiã bene beateqꝫ viuendi auctores eſſe.
Glorianti cuidam qꝫ magne vrbis eſſet ciuis. Noli inquit hoc attendere/ſed an dignus ſis magna et illuſtri patria inſpice.

# Reſponſa eiuſdem.

Interrogatus quo pacto diſcipuli egregie ꝓficerent. Si excellentiores ait ꝓſequẽtes tardiores nõ attẽdant.
Rogatus ideꝫ q̃les eſſe erga amicos debeamus. Quales inquit eos erga nos eſſe optamus.
Item Rogatus quid ſit amicus Vna inquit anima in duobus corporibus habitans.

ex d[illegible] amicy

Interrogatus quo differrent docti ab indoctis. Quo inquit viuētes a mortuis.
Interrogatus quoqꝫ ex phīa quidnam eſſet lucratus. Hoc inquit vt iniuſſus ea faciam que pleriqꝫ per leguꝫ metum.
Item rogatus quid mendaces lucrarentur. Vt cū vera inquit dixerint illis nō credatur.
Interrogatus quidnam cito ſeneſceret Gracia inquit.
Quid ſit ſpes vigilantis/inquit Inſomniū.
Percūctanti Cur honeſta forma p̄ſtantibus diutius cōgredimur. Ceci inquit huiuſmodi interrogatio eſt.

# Theophraſtus Ereſius.

Huius homis nō ſolum ſcientia tanta erat/ſed etiaꝫ grā in diſſerendo vt quottidie ad eum audiendū diſcipulorum duo milia pergerent.
Item in ore hoc verbū ſemꝑ habuit. Sumptus pretioſiſſimus eſt tempus.
Item ad quendam qui in cōuiuio penitus tacebat. Si quidē ait impitus es prudenter facis. Si peritus ſtolide

## Reſponſa eiuſdem.

Moriturus cū iaꝫ rogaret a diſcipulis num quippiā illis mandare vellet Reſpondit nunc ſibi nō ſuppetere vt eis quid faciendū foret cōſulere poſſet. Verū illos de hoc melius deliberaturos/hoc vnū tn̄ quo admoneret ipos habere ſe dixit. Multa dulcia glorie obtentu vitā mortalibus mentiri. Nos vero cum viuere incipimus: tunc mori.
Nihil eſſe inanius amore glorie/vite vanitateꝫ ampliorem q̄ꝫ vtilitatem eſſe. Et hec quidem ita locutū exalaſſe animam legimus.

# Liber Secūdus Sapienter dictorū Incipit.

SEcundū hunc noſtri Spicilegij libellū a Pythagora Samio auſpicabimur Italice phīe auctore quē Pherecidi ſyro vacaſſe tradit Laertius. Cuius hoc dictum vnicum extat ad Lacedemonios.

Neq₃ aurum neq₃ argentum honorandum/Sz venire ad Pythagorā incipiamus.

Hic cū ſapientie ſtudio dediti an̄ apd̄ grecos Sophi.i. ſapientes appellarent Primus phm̄ ſe eſſe dixit/hoc eſt ſapientie amatorem. Neminē recte ſapientem p̄ter vnū deū appellari teſtatus. Non pmiſit alicui p ſe orare q ignoraret quidnam magis ſibi expediret.

Ebrietatem pernitiem vocabat.

Omne nimiū reprobans dicebat. Non debere quenq₃ neq₃ laborū neq₃ ciborū tranſgredi modū.

Primus amicorū oīa cōia dixit Ipamq₃ amicitiam equalitatem vocabat.

Erant aūt iſta ipſius Simbola. Ignez gladio nō fodiendū/Staterā nō tranſiliendā/In modio nō ſedendū. Cor nō edendū/Onus vna tollendū non abijciendum Viam publicā nō ſequendā ſed p diuerticula eundum. Non facile dexterā iniciendam/Sub eodez tecto hyrūdines nō habendas/Que ſunt recuruis vnguibꝰ aues nō nutriendas/Que nigrantē habeant caudā nō attingenda. Nō oīa hic ponemus ſed ea tm̄ que pūt magis vſui eſſe. Neq₃ nos fugit Ariſtotelez diligentiſſime hec ſimbola ī ſuis libris pſecutū/et poſt eū Laertiū ac Plutarchū/diuus item Hieronimus cōplurīū meminit.

Fertur diſcipłos admonere ſolitus vt quottidie iſta cū domū ingrederentur ſecum volutarent vbinam excidi. Quid feci/quid ex his hodie facere que debui obmiſi.

Item. Quecūqꝫ id ſtudioſe curare oportere dicebat vt
ex vite merito ſibi fides haberetur.
Seniores honorandos aiebat. Quodqꝫ tpe p̄cederet id
honorabilius exſtimandū ſicuti occaſu ortū / ſine prin-
cipiū / corruptione generationem.
Cauendū idem dicebat Ne ex amicis inimicos / verum
vt ex inimicis amicos faciamus ſtudendum.
Propriū nihil arbitranduꝫ / Legibus opem ferendam /
Iniquitatem debellendā / Nullum aīal qđ hoī non no
ceat violandum / Verecundiam et pietatem colendam /
Riſui eque ac triſticie nō dandas manus / Fugiendam
carnis ſup̄fluam pinguedinem / Exercendā memoriaꝫ.
In ira nihil aut dicendū aut faciendum.

## Reſponſum eiuſdem.

¶ Interrogatus quando eſſet cōcumbendū / tunc inq̄t
cum te ip̄o infirmior fieri volueris.

## Xenophanes colophonius.

¶ Xenophanes pythagore auditor ſm̄ quoſdam fuit
ideo illi hic eſt adiūgendus quāq̄ꝫ haud multū qđ me-
moratu ſit dignū de ip̄o inueniamus.
Dicebat tyrannis aut minime aut q̄ꝫ ſuauiſſime cōgre-
diendū / ſed Ariſtotelē Caliſtheni hoc cū ad Alexandrū
illum mitteret ſuaſiſſe Vale. refert.
Dicente Empedocle eideꝫ huic difficulter inueniri iuue-
nem ſapientem. Recte inquit ſentis. Naꝫ ſapiens ſit ne
ceſſe eſt qui norit perſpicere ſapientem.

## Zeno Eleates.

¶ Hunc quidā aiunt cū maledictis inceſſeretur indigna
ri ſolitū / cauſantibuſqꝫ quibuſdā dixiſſe. Si maledicta

equo aio admittam ne laudes quidē ſentiam. Fuit hic dialectice inuentor meminit Cice. huius Tuſ. queſ. li. ij. meminit. Et Vale. li. iij. de pacientia.

## Democritus Abderites.

¶ Huius illud refertur. Sermo operis vmbra eſt.
Et hoc vnus mihi ꝑ populo eſt et ppꝉus ꝑ vno.

## Anacharſis Schyta.

¶ Anacharſis Caduidi ſcytharū regis frater haud ignorabilis phūs mirari ſe dixit quomō apud grecos artifices certarent Judicarētq; hij qui artifices nō eſſent.
Mirari ſe item dicebat/quid ſit q̄zobrem greci aduerſus eos qui iniurijs libenter alios laceſſunt legē ferētes Athletas cū ſe inuicem perimunt honorant.
Nauigans cū interrogaſſet craſſitudinē nauis/didiciſſetq; digitorū quattuor eſſe. Nō amplius inquit a morte diſtamus.
Idez admirari ſe dixit cur greci initio cōuiuij paruis calicibus vterenꝉ/vbi v̄o ſaturati eſſent maioribus poculis biberent.
Exprobranti ſibi q̄ ſcytha eſſet. Mihi quidē ait patria probro eſt/at tu patrie.
Melius aiebat eſſe vnū egregiū amicū q̄z multos gregarios poſſidere.
Ab adoleſcente cōuiua contumeliā paſſus. Adoleſcens inquit/ſi modo cū iuuenis es vinū nō fers/qn̄ ſenueris aquam feres.

## Reſponſa eiuſdem.

¶ Interrogatus quidnā eſſet hoibus bonū ac malum Lingua reſpondit.

Roganti cuidam vtrū plures ſint viui an mortui. Na
uigantes vtra in pte inquit conſtituis.
Alteri percunctanti que nauis eſſet ſecurior. Ea inquit
que in portum venerit.
Rogatus item quo pacto quis abſtemius fieret. Si tur
pes ebrioſorū inquit mores ſibi ante oculos ꝓponat.

# Miſon Cheneus.

¶ Miſon dicebat. Nō ex v̄bis res ſ; ex rebus verba eſſe
querēda. Neq; ꝓpter v̄ba res ſ; rerū grā v̄ba ꝯſumari.

# Ariſtippus Cyrenaicus.

¶ Is primus Socraticorū a diſcipulis mercedē exigiſſe
et queſtu philoſophatus dicitur.
Conſputus hic aliqn̄ a Dionyſio tyrāno cui ꝯgredi ſo
lebat modice id tulit/cū aūt eā iniuriā egre quidā noīe
eius ferret. Piſcatores inquit vt gobiū rapiant mari ſe
patiūtur aſpergi/et ego vt balenā rapiam non patiar
me excretiōe aſpergi.
Cum a quodā ſibi ꝓpoſitū eſſet enygma/⁊ vt ſolueret
importune ab eo ip̄o qui ꝓpoſuerat peteret. O ſtolide
inq̄t vis vt ſoluā. qđ etiā inuolutū nobis negotia p̄bet.
Melius eſſe dicebat mendicū euadere qui imperitum
Illic em̄ pecunijs hic humanitate indigetur.
Cum ſibi quidā cōmendaſſet filiū quingentas poſtula
uit dragmas. Cum ille diceret tanti mancipium emere
valeo. Eme inquit/et habebis duo.
Glorianti cuidā ꝙ pl̄a didiciſſet. Sicuti ait non hij qui
plurima comedunt et exercentur melius valent q̄3 qui
neceſſaria ſumunt/Ita non qui plurima ſed qui vtilia
legerunt ſtudioſi habendi ſunt et eruditi.
Glorianti item alteri de natandi peritia. Nō erubeſcis
inquit/in his que delphinis ſunt ꝓpria gloriari.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0027-4

Exultanti cuidam q multū bibens nō inebriaret: Hoc in quit etiā mulus non facit.
Arguebat maxime hoīes q in auctiōibus quidez vaſa inſpicerent/ vitam vero haud quicq̄z intuerentur.
Poſtulauit aliqn̄ pecuniā a Dionyſio Et ille dixiſti inquit nō egere ſapientem. Da inquit ille et poſtea queramus. Et cū dediſſet Vides ne ait me nō indigere.

## Reſponſa eiuſdem.

Interrogatus Quid differat ſapiens ab inſipiente/ Mitte inquit ambos nudos ad incognitos et diſces.
Rogatus quenaz iuuenes oporteret diſcere. Ea inquit que viris vſui futura ſunt.
Interroganti Dionyſio propter quid ad ſe veniſſet Vt inquit que habeo impartiar. que nō habeo accipiam.
Eidem Dionyſio pcūctanti cuius rei grā phī diuitum limina tererent/ Philoſophorū vero diuites nō ita/ q illi inquit ſciunt quibus indigent/ iſti neſciunt.
Interrogatus quō differant docti ab indoctis Quō inquit domiti ab indomitis.
Interrogatus quoq3 quō Socrates obiiſſet diem Vtinam inquit ſic ego.
Interrogatus itez quidnā ſibi ex phie ſtudijs queſiſſet Poſſe om̄ibus inquit fidenter loqui.

## Menedemus Eretrienſis.

Menedemus quodam ſibi dicente Maximū eſſe bonum om̄ibus que quiſq3 cupiat frui. Multo inquit maius ea ſolum que decent cupere.

## Bion Boriſthenites.

Bion ſenectutez oīm malorū portum aſſerebat Glo-

riam animorũ eſſe matrem/Pulchritudinez bonum alienũ/Diuicias neruos rerum.
Facilem dicebat ad inferos viam. clauſis em̃ oculis illuc iri.
Elationem aſſerebat ꝓfectus eſſe impedimentum.
Tenaces aiebat opum vt ſuarũ habere curã/verum ex eis vt ex alienis nihil capere vtilitatis.
Inuido cuidaz ſubtriſti. Neſcio inquit vtrũ tibi malum an alteri bonũ contigerit.
Ad eũ qui fundos ſuos vorauerat Terra inquit Amphyaraum abſorpſit/ſed tu terram.
Magnũ eſſe malũ aiebat/ferre nõ poſſe malũ.

## Reſponſum eiuſdem.

Interrogatus aliqñ Quiſnam anxietate maiore detineatur. Ille inquit qui ſe maxime cupit eſſe felicem et quietum.

## Lycon Troadenſis.

Lycon Troadenſis in dicendo ſuauiſſimus erat/ Idcirco quidã ipius noĩ gamma lrãm adijciebant: vt eſſet glycon qḋ dulcedinem ſignificat.
Aiebat graue onus eſſe patri puellam pre dotis inopia excurrentem in flore etatis.
Aiebat etiã adiũgi neceſſario pueris pudorem ⁊ laudis ſtudiũ/velut calcar atq; frenũ.

## Demetrius Phalereus.

Hic non mõ diuitias cecas aſſerebat/verũ et illarum auctorem fortunam.
Item quantũ in bello poſſet ferrũ/tantũ in republica eloquentiam valere dicebat.

C

Hominũ faſtu turgidorum aiebat circũcidi oportere altitudinem ſenſumq; relinqui.
Iuuenes aſſerebat oportere domi quidem parentes in itineribus autẽ occurſantes/in ſolitudine vero ſeipſos revereri.
Amicos dicebat ſecũdis in rebus adeſſe aduocatos/ In calamitatibus aũt ſua ſponte atq; inuocatos.

# Architas Tarentinus.

¶Architas teſte Cicerone dicere conſueuit. Nullam capitaliorem peſtem voluptate mortalibus a natura datam.

# Anaxarchus Abderites.

¶Hic Alexandrum deuz ſe eſſe arbitrantem cum ex ictu quodam ſanguinem illi pfluere vidiſſet/digito eum oſtendens. Nempe inquit diuinus hic ſanguis non eſt.

# Pyrrho Helienſis.

¶Pyrrho aliquãdo naui vehebatur/et cũ ſocij tempeſtate acti meſtiores eſſent/ipſe tranquillo aĩo pdurans porcellum in naui edentem attendebat. Dicens oportere ſapientem hanc illius imitari ſecuritatem.
Idem cũ ſe inuadentem canẽ repuliſſet Cauſanti cuidam Graue inquit eſt et difficile hominem penitus exuere.

# Epicurus Gargeticus.

¶Hic finez in voluptate corpis ſtatuit. vnde et in libro de finibus ſic loquitur. Nihil equidez habeo qd

bonū intelligam/ſi ſaporū voluptates et que ex Venereis conſtant/et que auribus pcipiuntur/queqȝ ex forme venuſtate blandiūtur oculis auferam. Fuit tn̄ vir valde illuſtris et magne auctoritatis/quod vl ex Senece epl̄is liquere poteſt/qui eum in illis fere omnibus allegat.

Huius illud eſt. Honeſta res eſt leta paupertas.

Item. Illud multis paraſſe diuitias nō finis miſeriarum fuit/ſed mutatio.

Item et illud. Si ad naturā viues nunq̄ȝ eris paup Si ad opinionem nunq̄ȝ diues. Exiguū em̄ natura deſiderat/opinio immenſum.

Et hoc quoqȝ eiuſdem eſt. Nihil eſſe temptandum/ niſi cū apte poterit tempeſtiueqȝ temptari. Sed cum tempus illud diu captatū venerit exiliendum.

Sed et hoc. Male viuūt qui ſemp viuere incipiunt.



C Finis.

# Hermānı Buſchij Paſiphili Epigrāmata quedam ad diuā Mariā Chriſti genitricem Incipiunt.

Qui cupis in celū/felici/ſcandere/planta
  Funde preces Marie/caſtaq thura/pie
Hac ſine ſecurū/fruſtra ſperabis/olympum
  Oīa ſunt huius clauſa/patentq manu.

Aliud in Eandem.

Nauta Lycaoniā/fruſtra conſiderat/Arcton
  Suſpectatq alto/te Cynoſura/polo
Vtribus incluſos/fruſtra dabis Eole/ventos
  Nil faciet Juno/nil Venus orta mari
Et placidū fruſtra ſummis/caput exeret/vndis
  Sternet et inſanas/Ennoſigeus/aquas
Optabūt fruſtra dulcem/tua Carbaſa/portum
  Nec timidā capient/Oſtia tuta/ratem
Nec fugies atri/Cocytia ſaxa/profundi
  Ni faueant domine/ſidera dextra/mee.

In Eandem.

Tu dea ſi placidam/dederis mihi deſup/auram
  Per ſiculos aeſtus/Cyaneaſq/ferar
Tu dea ſi facilem/retrahis de puppe/fauorem

Obuiar in minimo/naufragus ora/lacu

¶ In Laudem.

O q̃z tota nites/q̃z candida tota/decenſq̃z es
Pretulit angelicis quã deus ipe choris
Non (q̃zuis claras) tecum conferre Sybillas
Jus puto/ſupremi/fons/et origo/boni
Non tecum Nymphas/nõ tecũ pignora regum
Comparo/nec quantũ/terra/decoris habet
Vt perimũt ignes/ingentia ſigna/minores
Sic vincis radio/cuncta creata/tuo.

¶ In Eandem.

Auſter ab Aethyopũ/calidis/ſi peſtifer/oris
Incubuit/ſubitis omnia turbat aquis
Sed pluuie ſudo triſtes Aquilone fugantur
Et celer aurato/Phebus/in axe redit.
At tua me Zephyris afflet clementior aura
Diluet ex anio/nubila cuncta/meo

¶ In Eandem.

Qui canit antiquas/iuueniliter/Heroinas
Ignorat quo ſit/fama petenda/modo
Te canat aſſidue/celebriq̃z extollat honore
Longa feres Muſis/tu monumenta/tuis.

¶ In Eandem.

Quot fertur magnus/Mitridates eſſe/locutus

Tot vellem linguis/me quoqꝫ poſſe loqui

Non vt tot populos/nō vt tot regna tenerem

Me magis excellens/et pia cauſa/mouet

Omnibus hijs Marie/canerem preconia/diue

Linguā ſat eſt/tantis laudibus/vna parum.

¶ In Eandem.

Archades agreſti/faciebant ſacra/Lyceo

Ne ſeptis crebre/ſubtraherentur/oues

Det genus humanū magne/pia thura/parenti

Hec aias ſtygiȷ̄/ſeruat ab ore/Lupi.

¶ In Eandem.

Horrea fecundis/extendit/meſſibus/eſtas

Et grauidis/Segetes/frugibus/implet ager

Almus ager nobis/tuqꝫ aurea/meſſibus/eſtas

Eximie laudem fertilitatis/habens.

¶ In Eandem.

Que pedibus Lunā premit ⁊ et que ſole refulget ⁊

Vertice que/bis ſex ſuſtinet aſtra/ſuo ⁊

Que peperit virgo/nitendi lege nouata ⁊

Que ſolo verbo/ſit rogo facta parens ⁊

Hec eſt quã merito/ſpem noſtram dicimus/hec eſt
Que vacuas/hũmiles/nõ ſinit eſſe/preces.
¶ In Eandem.
Ferri dura potens/trahit ad ſe põdera/Magnes
Quo qȝ vocat ſubigit/victa metalla/ſequi
At Marie virtus/ſupera de ſede/Tonantem
Traxit/et in gremio/fouit alũna/ſuo
Hic Natura ſtupet/muſſat/caligat/hebetqȝ
Cum parit immenſum/virgo tenella/Deum
¶ In Eandem.
Huc mites oculos/cõuerte piiſſima Matrum
Quod qȝ tui Vatis/ſit tibi Cura/doce.
¶ In Eandem.
Me cõmendo tuis/auguſta Puerpera/plantis
Aurea/fac per te/Soſpes vt aſtra petam.
¶ In Eandem.
Quanta ſit in caſta/magni/genitrice/Tonantis
Copia preſidij/nõ furor iſte capit
Inuocat hanc Miles/duro in certamine Martis
Et gaudens votis/ad ſua Caſtra/redit
Hanc mare qui ſulcat/decima veniente ꝓcella
Cum rogat/a miti Numine/munus habet

Hec tibi dat faciles/orata puerpera/niſus
Et ſanat medica/doctius/arte malum
Soluit et e rigidi/Captiuos/carceris vmbris
Letaqꝫ diſcuſſa/pectora/nube facit
Agricole ſoles/herbis ſitientibus imbres
Impetrat/et Cornu diuite fundit opes
Qui documenta volet/tante pietatis/habere
Que plus integro/lucida/ſole micant
Ille ſibi oſtendi madido/noua gramina/Vere
Poſtulat/et varias/picta per arua/Comas
Querit et/in ſiluis frondes/et in equore fluctus
Et quot/in Autũni tp̄e/poma rubent
Quotqꝫ nitent alto/florentia ſidera/mundo
Quantaqꝫ/Neptuni Littus/harena tegit
Ergo ſuppliciter dominã tentare potentem
Quiſqꝫ es/haud dubites/et pete digna/feres.

¶ In Eandem.

Turba ſalutatrix/ꝓpera/pietatis ad Arcem
Huc coeant plenis/agmina plena/vijs
Si fortaſſe minus (de qua loquor) accipis arcem
Monſtro tibi Marie/templa/potentis here
Laudibus hec nulli/nulli eſt pietate ſecunda

Sed tantū minor eſt/inferiorq̨ deo
Jte genu flexo mixti/cum plebe/quirites
Et dominā verbis/ſollicitate/pijs
Verbis ite pijs/ceſo nō illa iuuenco
Gaudet/ſanguineis/abſtinet illa/ſacris
Jlla iubet vaſtis/anīalia degere/terris
Tuta/nec innocui/colla perire/bouis
Non tener/a plenis iuguletur ouilibus/agnus
Vratur calidis/nulla colūba/focis
Nam tantū precibus caſtis/et pectore puro
Flectitur/arridet/ſupplicibuſq̨ fauet
Aut aliquid/ſanctis precibus/ſi ſuſtinet addi
Cereus hoc ardens/micaq̨ thuris erit.

¶ In Eandem.

O decus/o placidi/venerandū ſydus/olympi
O genitrix noſtri/pura/decenſq̨/dei
O Marie nomen toti/memorabile/mundo
Quem rapuit partu/de phlegethonte/ſuo.

¶ In Eandem.

O dea digna deo/ſuperis decorata triumphis
O partu nati/glorificata/tui
Te duce mortales/requiem ſperamus/et alis

Virtutum aerie/carpimus alta/vie.

¶ In Eandem.

O pia ſpes hominū/clemenſq̧ puerpera/ſalue
Dulcior o ſucco nectaris/atq̧ faui
Deſpice flāmigero/terrena pericula/celo
Et mitis populū/virgo tuere/tuum.

¶ In Eandem.

Fertilis aſtrigera/virgo redimita/corona
Humanum ꝓpius reſpice/Diua/genus.

¶ In Eandem.

Hec eſt marmoreis/que Chriſtū tractat/in vlnis
Spes hominū/portus/gaudia/vita/ſalus.

¶ In Eandem.

Virgo/puellaris Candor/pulcherrima ſalue
Lilia cui cedunt/purpureeq̧ roſe
Que/quē nec tellus/nec aque/nec lucidus ether
Nec celum/ſtygij/nec loca ſenta/Jouis
Comprendunt/vtero claudis regina ſacrato
Et nobis/ſalua virginitate/paris
Juſte/ſupplicibus/limato poplite/palmis
Te genus humanū/laudat/adorat/amat.

¶ In Eandem.

Hec eſt cui tellus ſeruit/cui pontus/et ether
Hec eſt eterni/ſponſa/parenſqꝫ/dei;
Hanc pete qui luctu p̄meris/morboqꝫ grauaris
Nanqꝫ poteſt caſus/iſta leuare/tuos.

In Eandem.

Que modo ſidereo/reſides ſublimis/Olympo
Que pedibus cernis/cuncta ſubeſſe/tuis
Virgo/parenſqꝫ ſimul/fons/et pietatis origo
Propicia/in famulos/lumina flecte/tuos.

In Eandem.

O genus ethereū virgo/ſyduſqꝫ ſalubre
Cuius ab aſpectu/gaudia vera fluunt
Tu madidū vellus/tu fecundiſſima radix
Germine de cuius/prodijt ip̄e deus
Tu pratū riguis/quo nullū dulcius/vndis
Quod ſemꝑ flores/donaqꝫ veris habet
Tu grauis immenſo/pubeſcens vinea/fetu
Tu populis Judith/Heſter es atqꝫ tuis
Delbora tu fixo/per tempora ꝑfida/clauo
Aſſertrix gentis relligioſa tue
Inter femineas tu maxima fama cateruas
Aurea tu ſaluo/porta decora/ſinu

Thuris odorati tu vas/et aromata fragrans
Tu roſa/tu Nardus/cynnama/myrrha/crocus
Cum iaceo/et nigrā/mihi mors denūciat/horam
Tunc expiranti/pacis oliua/veni.

## Johānis Eſticāpiani Luſacij ad Hermannū Buſchiū Vatem nobiliſſimum Epigramma.

Inter Germanos/felix Hermāne/Poetas
Concinnas nitidis/Carmina culta/modis
Que vel pyerias/delectent rite/Camenas
Binaqꝫ Parnaſſi Numina montis agant
Ne dum multiuagas/mira dulcedine/mentes
Et mea cecropio pectora melle iuuant
Quaꝑpter volucri/cupidiſſima vota/ſecunda
Auſpicor/et luſus/mittere curo/meos
Vt ſint incepti/breue nunc tibi munus/amoris
Quem peperit carmen/diue Poeta/tuum
Et qn̄ grauibus/ſuccedent ocia/rebus
Candida perfacili/carmina conde/ſtilo
Que noua Luſacij teſtentur nomina Jani
Sintqꝫ nouū iacte pignus Amicitie

Qualem pſtiterat/Pylades coniunctus Oreſti

Eurialus qualem/vel tibi Niſe tuus.

Sacra Moguntina me paſcit in vrbe cathedra

Erret in ignoto/ne tua Muſa/loco

Si tamē ignotus poterit locus eſſe Camene

Que tangit duplicis/lucida ſigna/poli.

## Theodericus Ulſenius doctor Artiū et Medicine Hermanno Buſchio.

Buſchius/interpres vatū/vateſq; diſertus

Buſchius eſt priſcis/nobilis/ex atauis

Buſchius antiquis/nō cedit iure/poetis

Buſchius agnouit Carminis omne genus

Buſchius eſt raris/volucer Cyllenius/alis

Buſchius eſt/phenix vnica/Teutonibus.

## Eobanus Frangkenbergius Hermanno Buſchio Paſiphilo/Vati Per Germaniam non Ignobili.

Multa cothurnato/canturū Carmina/verſu

Compulit in triſtes/ruſtica Muſa/modos

Sepe tue/noſtras aures/Hermāne Camene

Efficiunt miris/obſtupuiſſe/modis

Pectora ſepe tui/delectant noſtra/lepores

Quis fouet eloquium/caſta Minerua/tuum

Gloria germanos inter preclara poetas
Et merito patrie/fama/decuſq; tue
Quũ lepido argutas/percurris pectine/chordas
Quũ docto Phebi pollice tangis ebur
Suſpicor Aonio ductas a vertice Muſas
Largifluo pectus/rore fouere/tuum
Et tibi laurigerũ/dictantem Carmina/Phebum
Dulciſone coram/tradere plectra/lyre
Viue/vale/fauſtos nunq̃z periture per annos
Et tibi Neſtoreos/dent pia fata/dies
Nox ruit/effugiunt Muſe/ferus ingruit error
Et vetat occiduus/ſcribere plura/dies.

## Johãnes Sturmis
Hermanno Buſchio.

Barbara que quondã fuerant Lipſenſia Tempe
Nec niſi barbaricã/docta ſonare/chelim
Jam nũc Aoniis/certant Hermãne/Camenis
Et redolent latiam te duce Calliopen
Tempora phebeis/cingit germania/ramis
Texere ſerta ſatis/turba nouena/nequit
Tu ſi ſic patriam pergis coluiſſe iuuentam

Deficient laurus/deficient hedere.

## Chriſtannus Baioarius

Phie Magiſter. Hermāno Buſchio.

Buſchio inexhauſtas/iuuenes iaꝫ pangite/laudes
Et viridi e lauro/premia digna/date
Qui vos excoluit. latia/graiaqꝫ Minerua
Vexit et huc Muſas/ex Helycone/ſacras
Ceperat et veſtras/ſcabra ſartagine/linguas
Radere/et in dulces/arte dolore/modos
Et vigil in veſtris/contriuit longa/cathedris
Tempora/cū ſumma fertilitate docens
Sepius hic vobis/ſpolium recitauit Achillis
Arma/virū/pecudes/arua/elegos/ſaty ras/
Aeolias rupes/Parnaſſum/prelia Turni
Manes/et quicquid docta Poeſis habet
Ipſe valet digitis clangentes/tangere/chordas
Ingeminatqꝫ illi/nobile/turba/Sophos
Axe ſub hoc/non eſt/glaciali doctior v llus
Carmina qui fingat proſperiore pede
Ergo canendus erit/gelidis dū montibus omi
Alto dum ſtabunt/ſidera clara/polo.
Barbara que fuerant/hec fecit regna latina

Caſtalias Lipſis/hoc duce/potat aquas

Ergo canendus erit/meritoqꝫ colendus honore

Quo duce barbaries/peſtis acerba/ruit.

# Vincentius Thomaſius

Rauennas Vtriuſqꝫ Juris Doctor/Hermanno Buſchio/Salutem.

MItto ad te/mi ſuauiſſime Hermāne Buſchi/ nuntiū hunc. Cui cupio/iuxta pollicita/vt ad me des illud tuū diuinū Carmē/qd in noſtri laudez cecinisti. Si tñ ob occupatiōes nondū illud deduxiſſes. rogo velis q̄zprimū deducere. Iniunxi nūtio/vt ad triduū expectaret. Scio em̄ ꝙ tibi (vt alijs) mora longa opus nō eſt. Qui em̄ tam btō ingenio/et tam multiuaga doctrina redūdas/facile qd vis calamo perficere potes. Non paruus eſt in te (qd omnes teſtantur) Muſarū furor. Ego credas aliqn̄/etiaz tibi vicem huius bn̄ficij refundam: Velimqꝫ tibi ꝑſuadeas/te hoīem omniū gratiſſimū laudaſſe. Vale felix Poetarū/quos etas noſtra fert/facile ꝑcipuus. Ex Wittenburgo Pridie Nonas Decembres.

# Hermānus Ceſar ſtolbergius

ſacre pagine Magiſter Hermāno Buſchio S.

PRo mea conſuetudine/mi Hermāne Buſchi/ vbicūqꝫ gentiū ago/oībus viris (virtutibus ⁊ lrīs excellentibus) te ꝓ tuis meritis laudibꝰ inſinuo: notiorēqꝫ reddo. Quorū iuditiū et amorez/te dudum magis requirere expertus ſum. q̄zindocte ⁊ improbe plebis fauores aucupari. Redijt hys diebꝰ ex Hieroſolymis Johānes ex lupis (eſt em̄ id nomē familie) vir ꝓfecto nobilis genere/virtutibus ⁊ lrīs nobilior.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0044-8

bonorũ oĩm et litteratorũ patronus ac cultor. Huic te plurimũ ꝯmēdaui/vnde te cupiet familiariter vti. Fac ergo vt tante amicitie portam aperias ipſe/et aptam ſemꝑ cuſtodias. Clarus eſt in lrīs/et armis/ Orator bonus/Hiſtoricus pene ſummus/oĩs eruditiõis mirus amator. Scripſit Cõmentarios ſue ꝑegrinatiõis/terris (vt Poeta inquit) iactatus et alto/ Stilo (vt meũ fert iuditiũ) admodũ elegãti. Habuit Orationē ad Sultanũ Aegypti et Babylonie regem quã Rome nuꝑ ſummus pontifex/⁊ nõnulli Cardinales vehementer ꝓbarũt. Fac queſo vt is etiaʒ tibi eam cõmonſtret. Ex ea em̃ aduertes huius viri ingeniũ/et ſollertiã maximã. Si me amas/eius virtutes Epigrãmate aliquo ſollicitius celebra. Et adhortare hoĩem/vt Cõmentarios iſtos/quos terra ⁊ mari elucubrauit in ſoleʒ ꝓdire ſinat. Laborauerũt in hoc genere pleriqꝫ etiã alij/ſcribentes ꝑegrinationes Hierosolomytanas. Sʒ qua diligentia/qua elegantia/ ip̃e vidiſti. Epigrãma etiã te facere vellem/vel prolixius aliqđ Carmē potius/in laudeʒ Comitis Hoigeri Menſfeldenſis. cum quo hic noſter Johãnes ex lupis peregrinatus eſt. Ex rhodo nuper Theutonici quidã/nobiles viri/⁊ equites rhodiani/applicuerũt Venetias/diuerterũtqꝫ in hoſpitiũ dicti Comitis mei Ex quibꝰ de fratre tuo Henrico q̃ʒdiligētiſſime multa ſum ſciſcitatus. Magnifica ſane illi/et glorioſa facinora de hoc tuo fratre/meo generoſiſſimo Comite et hoc Johãne ex lupis audiente predicarunt/Que omnia ab ip̃o Johanne ex lupis/ſtrennuo et nobili viro/corã audies melius q̃ʒ a me ſcribi poſſunt. Vale amantiſſime mi Buſchi. nõ dico bene/ſed optime. Et ſi potes ꝑ otium/aliquãdo ſaltem vnas lrãs ad me dato. Redeo em̃ iam Bononiam/Ex Venetijs. xiij. Caleñ. Aprilis. Anno. M. D. v.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0045-4

## Johannes Eſticampianus Poeta Laureatus/Hermāno Buſchio Salutem.

HEnricus noſter Schmedeburgis vir (vt bene noſti) nō minus lrātus/q̄z ſtudioſorū amator In extremo pene diſceſſu/tuis me vbis rogauit: vt te ſapientiſſimo et hūaniſſimo Lubuſini tēpli Pontifici per lrās cōmendarem. vt ſi q̄n gymnaſio naſcenti ꝓfeſſores conducerent̄/tui quoqȝ rō imprimis haberet̄. Idqȝ tibi gratiſſimū fore p̄dicabat/feci mi Buſchi q̄zdiligentiſſime. vt cū amico meo/vel potiꝰ noſtro/morem gererem. tū vt Hermannū Buſchiū officio hoc tantillo parūper demererer Cōfido itaqȝ illic tibi tū locū honoratū/tum liberale quoqȝ ſtipendiuz/haud quaq̄z defuturū. Fauet nāqȝ Joachimus princeps/ingenijs. Amat humana iſta ſtudia Theodericus antiſtes/cuncti deniqȝ primarij quantum ex eorū vultu/ſermoneqȝ coijcere potui/linguam latinam/et colunt/et venerant̄. Cuius tu ꝓfecto es et ꝓfeſſor et aſſertor/inter noſtros germanos/quos ego vel audiuerim/vel quorū cōmenta legerim/et facundiſſimus/et acerrimus. Dij itaqȝ quod ſedulo rogo/ et vitā tibi dent longā/et res tuas feliciter fortunent quod cū (vt ſpero) p̄ſtiterint. Tum tecū aliq̄n iucūde mihi viuere/et carminibus tuis inſerto noīs ꝑpetuitate frui quoqȝ licebit. Vale. Mogūtine. M. D. v. Quarto vero Calendas Octobres.

## Vulfgangus Melleſtadius Philoſophie Magiſter Hermanno Buſchio Preceptori ſuo.

Salue ſuauiſſime mi Preceptor. Nō poſſum ſatis demirari/quid in cauſa ſit/ꝙ etiā tuo amātiſſimo Vulfgango/totq; ad te lrīs datis/nihil hucvſq; reſponderis Vereor ne littere ſint fortaſſis intercepte. Vtcūq; ſit tabellari⁹ inſtat. Rogo ſi me amas ſi diligis/ſi quicq̄z de te bene meritus ſum. Velis ad me tranſmittere tuū Silium Italicū/tua inq̄z manu prenotatū. Volo eñ noſtrum Exemplar ex iſto tuo emendatiſſimo codice corrigere/et vera ꝓ falſis ſubſtituere/etiā tua Cōmentaria annotare. Quāprimū potero/infra duas aut tres ſeptimanas/tibi chariſſime Preceptor remittam/integrū/politū/et ab omi prorſus labe alienū. Si me voti compotem feceris/Nihil eſt (mihi crede ſuauiſſime Preceptor) qđ hac tempeſtate/optabilius/gratius/acceptabilius mihi facere poſſis. Vale.

## Vulfgangus Mellerſtadius Philoſophie Magiſter Hermanno Buſchio Preceptori ſuo.

Salue humaniſſime preceptor/Sepiuſcule ad te ſcripſi. vt deberes me voti mei facere cōpotem tranſmittendo mihi Siliū Italicū tua manu emendatum. Sz neq; littere tue/neq; Silius tranſmittitur Si te offendi piabo. Si non/quid eſt queſo quod te retardare debeat. Quo minus mihi obſequaris/Liquet ꝑfecto vel te mihi inuidere/vel litteras tot ad te datas intercipi. Cum ſcribas ad Vincentiū Rauennatem tot tantaſq; lrās/quot ſi mihi ſcriberentur/felicem me et fortunatiſſimū arbitrarer. Legimus eñ tuam Epiſtolam de Italie laudibus/mea ſententia nō eruditam ſolum/ſed eruditiſſimam/vtcunq; ſit.

Si te offendi: Vincentius in cauſa patrocinabitur. Quare vt ſepius repetam Siquid de te bene merui/ Si me (vt ſpero) diligis/ tranſmitte mihi Siliū tuū. Si me petitiōis ratū feceris/ imortales agā tibi grās Si minus potero referre. Vale fauſtiter.

# Hermānus Buſchius Paſiphilus Vulfgango Mellerſtadio ſuo.

PEtijſti a nobis Vulfgange ſtudioſiſſime pleriſq; tuis lrīs Siliū Italicū/ noſtra manu (vt inquis) emendatū prenotatūq; Sed neq; librū ipm/ neq; lrās impetraſti hactenus. Atq; ob id mee ī te beniuolentie/ diffidere te nō nihil oñdis. Ne rez longā faciaz/ culpa abſolues Buſchiū (vt ſpero) ſi varias occupatiōes eius quibus diſtinetur aſſidue noueris. Eſt ei nūc in manu Valerius Maxi. eſt de Oratore Tullius. Eſt pterea Appianus Alexādrinus bellorū Ciuiliū ſcriptor luculentiſſimus. Sz adeo mendoſus deprauatuſq;. vt in plurimis locis ad eruendū ſenſuz reſtituendāq; veram lectionē Sybilla aut coniectore aliquo ſit opus. Eius igitur lectio (nā dictos iā auctores hoc ſemeſtri auditoribus meis enarro) ita me tenet impeditū/ vt ad alia ne oculū quidez/ deflectere valeam/ Siliū Italicū nullū/ quē mittere poſſim habeo. Eū cū pſiteremur/ codicē quendā (vt ſolemus) cōmodato accepimus. Loca que ī eo correximus/ ab aliquo meorū auditorū/ ſi habere volueris/ petas neceſſe eſt. Nam horū nihil vnq̄z mihi reſeruo. Nec ſatis ſcio/ qui mihi tunc operā dederunt/ vt ad quēpiā illorū huius rei grā ſcribas. Quod ais etiā in ſupioribus tuis lrīs iſtic circūferri. quedaz ī nos vituperonū carmīa Quid tū ? Eandē calūniā q̄ſcūq; fere in aliq̄ laude miramur ſuſtinuerūt. Quid ? q ipe pater va-

tum princeps Helyconis Homerus A quo ceu fonte
penni. Vatū pyeriis ora rigant aquis Zoilū habuit.
Nūq̄z mi Vulfgange clara ingenia hijs ſtimulis ca
ruerūt. Proinde latrent canes iſti/dūmodo ex angu-
lis ſuis ꝓdire nō audeant/neq̃ in aliqua celebriū vi-
rorū ꝛ recte ſententiū luce vſari. Quorū inditiū atq̃
ſententia toto (qd̄ dicit) vertice nobis ānuit. Quod
faſcibus lrārum ꝓbare poſſumus/que nobis quotti
die ex vniuerſa germania a viris quoq̃ ignotis (ſi
tamē ignoti eſſe pn̄t viri eruditi) ſcribunt. Excuſas
etiā pluribus q̄z opus fuiſſet verbis/tuarū lrārū in-
cōpoſitum ſermonē. Ego ſane lauticias vocū/affe-
ctatūq̃ iſtud i officioſis lris ſtudiū/magis improbo
q̄z laudo. In hijs negligentiā (que tn̄ ſordes nō colli
gat) ꝑ ornatu ducēs. Atq̃ idō quotiens iſtud nobis
ſcribendi munus obeundū eſt/quicquid obuiū fuerit
amplectimur/moroſa ſine cogitatione. Reliquū eſt.
Non (vt tu ſuſpicaris) tot tantiſq̃ tuis lris nihil ad
huc rn̄di: q me offenderis vnq̄z aut leſeris. vt ad me
placanduz interceſſorem te oporteat adhibere. Neq̃
araz neq̃ p̄catorem tibi parateris. Nihil offendiſti
Buſchiū/qd̄ ſciam. Et ſi offendiſſes/ignoſceret po-
tius q̄z vlciſceret. Jocaris credo mecū cū inquis Fe-
licē te et fortunatiſſimū. ſi tot tibi a me lrē/quot Vin
centio Rauēnati ſcriberent Vnas tn̄ ad eū lrās de-
dimus/nō plures. En ergo fortunatiſſimū te atq̃ fe-
licem/ad quē has nūc p̄ferendas damus. Ego ſum
ꝑfecto Copie cornu/vel deus quidā potius/qui taz
facile hoīes fortunatiſſimos/q̄z vne lrē ſcribunt effi
tio. Nō tantū crebra lrārum miſſitatōe/eſtimes/meā
in te amicitiaz volo. Si mō me amas/nihil dubita-
bis hanc vicez tibi a me rependi cumulatiſſime. et ſi
pene nūnq̄z reſcribo. Naz hoc vt reſcribā/multe res
impedire vbiq̃ poſſunt Iſtuc aūt vt te amem a quo

amari me viciſſim intelligo/nulle occupatiões prohibebunt. Vale Ex Lipſi.

# Hermāni Buſchij Paſiphili Oeſtrū: in Tilmānum Heuerlingum Prefatio Incipit.

Hunc Libellū nouorū Epigrāmatū/quez in Tilmannū Heuerlingū ſcripſimus Roſtochienſem Mgrm̄/et (qd fortaſſe quis mireť) in eodē Gymnaſio Roſtochienſi Rectorē rubei leonis. Eo em̄ noīe quoddā apd illos ſtudioſorū Cōtuberniū appellať. nō ſponte aut petulantia/Sed neceſſitate ⁊ furore huius Heuerlingi coactos nos ſcripſiſſe p̄fari opeprētiū putamus. Cui rei hoc certiſſimū Argumentū eſſe poterit/ꝙ ad hoc vſqꝫ tp̄s ſupra duodecimillia verſuū (que leguntur) edidimus/et in illis neminem adhuc vnq̄ꝫ leſimus/ niſi fortaſſe fictā aliquā pſonā/Hunc nequiſſimꝰ Heuerlingus (et hoc ip̄m eſt iniuria magna) pennē cādoris titulū/non ſinit eſſe mei. Sꝫ maledicentiſſima rabie/cū hyeme prime exacta Roſtochij Iuuenalez pfiterer/iſte vt mihi noceret eūdē interp̄tandū/vel potius corrūpendum ſuſcepit. Neqꝫ eo cōtentus Verſibus (vt apud ruſticos poeta videreť) ludere/īmo furere in nos cepit. Quibus vt excordis eſt īmodeſtie et barbarice īmanitatis/Beanū/Beſtiā/Buffonez/Buphilū me noīauit/affixitqꝫ ipſos publicis auditorijs/adhibito ſemp vniuerſitatis (vt ſic dicā) illiꝰ famulo/qui p̄clara hec ſcurrilitatis ſue documēta cuſtodiret/ne aliquis aduentor auferret priuſq̄ꝫ ab oī-

bus eſſent plecta. Jam ego om̄es bonos ꝛ equos vi
ros obteſtoꝛ. An ſine vlla mea culpa taz grauiter ꝑ-
ſciſſus/debeā quieſcere · et inultus flere vt puer. Spe
ro pꝛo equitate illoꝛū/dabunt veniam affectui meo
Permittent etiā mihi. ſi ꝓuocatori aliquid ego quoqꝫ
paulo acerbius repoſuero. Quis ferat iſtas barbarie
ſoꝛdes ? Erit igitur pn̄s libellus pugne huius noſtre
p̄exercitamentuz/et ei titulus Oeſtrū Volatile eſt de
genere inſectorū/latine Aſilus dicit̄/vulgo Taban⁹
Hoc monſtro hoꝛribiles quondam exercuit iras
Jnachie Juno peſtem meditata iuuence ·
Oeſtro igitur iſti pedagogo (quid em̄ dicā mgrō ar
tium) imiſſo/pauliſꝑ eum exagitabimus quo ad in-
tēpeſtiue ſue petulantie ipm̄ peniteat. Si vero vt cō-
minatus eſt/pꝛioribus conuitijs plura adiecerit · Et
nos quoqꝫ tūc ſecundū libꝛū emittemus Falce inſecū
das penitus qui trūcet auenas · Tantuz em̄ abeſt vt
timeā barbarū hūc ꝛ agreſtem Cōuitiatoꝛem. vt etiā
maledictis eius ebꝛijſqꝫ latratibus paſcar/fruar/de-
lectar · Sed quid tamdiu Oeſtrum hoc mihi ceſſat ?
Qn̄quidem Heuerlingus inſanire cupit/Et ſilentiuz
nō modeſtie noſtre ſed timori imputat ·

¶ Doctū Poetam nō eſſe irritandā Sz Tilmā
num Heuerlingū a docto differre plurimū ·

Qui cupit illeſam/ſeruare a ſtygmate/famam
Et maculis nomen/vult caruiſſe/ſuum
Js caueat doctum/nimis irritare/Poetam
Cui Phebus vires/ingeniūqꝫ facit
Jpſe in Tilmannū tamē audeo ſcribere/Quis nō
Augurert hinc capiti/fulmina ſeua/meo ·

Sed negat ingeniū Tilmāno iratus Apollo
Et furere hunc/ vllis ſenſibus abſqꝫ/ facit
Qui ſacer eſt Vates/ furit inſpirante furorem
Aethere/ at inſanit hic renuente deo.

## ¶ De Muſis Tilmāni Heuerlingi.

Si quis Heuerlingi/ doctas vult ſcire Camenas
Quāqꝫ ſuo referam noīe/ quāqꝫ loco
Primo craſſa thoro/ ſedet ignorantia/ poſt hanc
Crapula ructatrix/ plectra ſecunda/ tenet
Tercia pigricia eſt/ Rūditas eſt quarta ſororum
Barbaries quintū/ vult mediūqꝫ locum
Garrulitas ſexta eſt/ et nugas geſtat inanes
Stulticie limes ſeptimus eſſe poteſt
Eſt octaua vago/ gradiens iactantia/ paſſu
Ebrietas totum/ perficit inde/ chorum
In medio iſtarū veluti lymphatus Oreſtes
Exululat Muſis/ nenia digna/ ſuis.

## ¶ De elegantiſſimis carminibus Til. Heuerlingi.

Carmen Heuerlingus qđ ſcribit/ Judice phebo
Muſarū toto/ non renuente/ choro
Et dictis Bromio diis accedente/ ſacraqꝫ
Pallade/ cum nato/ Lucida Maia/ tuo

Immo et Syrenū pede ſuffragante/locari
  Non decet ad Vatum/carmina priſca/libros.
Sed decet/in forica ſordes capiente/reponi
  Et ſolum a blattis/a tineiſq₃/legi.

¶ Q̄d apud Roſtochiū Poeta maximus ſit Heuerlingus.

Maius Heuerlingo/nil Roſtochiana cathedra
  Nunc habet in verſu/Caſtalidūq₃ ſacris
Dulcius hoc nihil eſt/nihil eſt hoc terſius vno
  Doctior hoc nuſq̄₃/baltica ſtagna/colit
Sic credi de ſe geſtit ventoſus/et acer
  Sed tamē illius Carmina ſtercus olent.

¶ De Bibliotheca Heuerlingi.

Emit Heuerlingus/facundi Carmina Sili
  Sic alios multos emit/et ante/libros
Magna illi Vatū eſt/Oratorūq₃ ſupellex
  Coſmographos oīnes/Hyſtoricos et habet
Macrobius/Phocas/Diomedes/grāmaticorum
  Tota cohors illi eſt/et nihil ipē legit
Ne quicq̄₃ ex libris ſapit/aut intelligit/ipſis
  Nec mendis an ſint oīa plena videt
Sed ſolet hijs tantū/vt pictis gaudere tabellis
  Stultorū in Naui ſic Palinurus erit.

E

6

¶ In Heuerlingū occulte eius Carmina vituperantem.

Morſibus egregij nunq̄ȝ carriere/Poete
Liuore/in Vates/arma gerente/ſacros
Iliados ſcriptor nō hos effugit Homerus
Non qui Meonie/certat honore/lyre
Ergo minus miror/longe inferiora locutum
Si me aliquis nigro Zoilus ore premit
Si Bauius de me latret/ſi Meuius in me
Dum cedat neruis/iſte/vel ille/meis
Per tenebraſqȝ latens/ſtridorem fundat inertes
Vt quibus/a ſero veſpe nomen aues
Dūqȝ ego ſim notus/qua Rhenus fluctuat ingens
Quaqȝ vomūt gelidas/Albis/et Hiſter/aquas
Et tu Vandalici/maneas fex infima/popli
Sacrilega Muſas/qui fodis arte/meas.

7

¶ In Heuerlingū frementem ſe a cōſcijs diſcipulis proditum.

Qd fremis/atqȝ faris/tanq̄ȝ Ceritus/et Oeſtro
Percuſſus/factū eſt/quid mō queſo noui?
Aegreſcis me ſcire tuas/ſtolidiſſime/fraudes
Occulta quas tu/Dedalus/arte dolas
Et quis pdiderit mihi te/ſi exquirere poſſes

Velles hunc miſeris/ſeuus habere/modis

Solus Heuerlingus quaſi ſit verſutus/et Argus

Et per ſe videat/Buſchius ipſe/nihil

En ferulas affer/grandes pone ordine virgas

Flagrorū/et quicquid/tetrior ira/gerit

Inditium pagam/tam magni/triſte/reatus

Stulticia eſt/que te/prodidit/ecce tua.

¶ In Heuerlingū ſtudioſos ſcolaſticos a lectiõe Iuuenalis abſterrentem.

Quis ſit Heuerlingus/qui ſe mihi finxit Amicū

Senſim fecerunt/plurima ſigna/palam

Nulla diu improbitas/poterit fraus nulla latere

Semꝑ et inſidie/per ſe aliquando patent

Roſtochij/lepidū Vatem/enarrare rogatus

Cedere quo ſatyra eſt/Priſca coacta/noue

Quo tantū meruit/vetus atqꝫ ſuꝑbit Aquinū

Quantū Arūca ſuo/tetrica/ciue tumet

Affixi(vt mos eſt) queqꝫ ad Lectoria/verſus

Propoſitū vt ſciret/leta iuuenta/meum

A multis noſtras/tunc incūctanter/ad edes

Itur/et ad limen/grex ſtudioſus/adeſt

Hic qd Heuerlingus ? Clam ſpurcū/ait eſſe/Poetā

Carmina qꝫ illius/flagitioſa/vocat

Et claudeſtinis/ignaros/fraudibus arcet

Multaqꝫ linguoſus/propudioſa/vomit

Attamē hunc ſeſe lecturū/barbarus ipſe

Jactauit/Sed me cuncta latere putat

An qui eſſet fedus/me preceptore/Poeta

Te profitente/ſatis/balbe/pudicus erit?

Tunc corrūpetur nequaq̄z/etatula mollis

Diſcere tunc pueris/virginibuſqꝫ licet

Tu queſo/obſcenū Juuenalem/garrule dices?

Quē nemo doctus nō amat/atqꝫ colit

Credo quid obſcenū ſit neſcis/Diſcere quid ſit

Obſcenū/ſi vis/Os lutulente tuum.

¶ In Heuerlingū admirantē ſemetipm.

9 Credit Heuerlingus/ſe in cūctis/lyncea/rebus

Aſt ego plus iuro/cernere/noctis auem

¶ In Laudatores Heuerlingi.

10 Doctus Heuerlingus/quibus/aſtutuſqꝫ videtur

Hos ego nec cerebrū/nec cor/habere puto.

¶ In Heuerlingū exultantē vnius ſyllabe erratulo/in verſibus eius/dep̄henſo.

11 Plaudit Heuerlingus/exultat/ridet/ouatqꝫ

Tanq̄z theſaurū/ceperit ille/grauem

Tanq̄z laurigeros cūrrus inſiſtat/et orbe

Calcato/victor ſolus vbiq; regat
Tanq̃z ſit deus/et tanq̃z ſibi ceſſerit vni
Quicquid regnorũ eſt inter vtrũq; polum
Qđ reperit vitium/noſtris in verſibus vnum
Quanta/O dij ſuperi/gaudia mente feram
Eius pro vicijs/ego ſi ridebo viciſſim
Que ſunt quot fluctus per mare ventus agit

¶De penſitata Heuerlingi Cenſura 12

Hoc vitiũ in verſu(ſi nõ ſtet ſyllaba)ſolum
Nouit Heuerlingus/cetera queq; probat
Cetior Hipſea/reliquas in carmine mendas
Preterit/et Criticus/vult tñ eſſe/meus.

¶Heuerlingũ pueris videri doctũ/ſed viris aliud de eo eſſe iuditium. 13

Cum ſit tam cupidus fame/q̃z vir fuit ille
Succendit Triuie/qui face templa/Dee
Cur nihil emittit que docta ſub ora virorum
Tendat Heuerlingus/cur ita ceſſat iners?
Cur inter pueros ſufflatus grandia tantum
Dictat/et inſulſo detinet ore rudes
Ha facile eſt pueris ſeſe iactare diſertum
Difficile eſt/vbi qui iudicat/ille vir eſt.

¶De recōdita Carminū eius doctrina.

Quū ſemel in longo/Tilmānus/carmine dixit
Teſpiades/illud grande quīd eſſe putat
Hinc iam Peligni/nūeroſa poemata/Vatis
Deſpicit/hinc elegos/culte Tibulle/tuos
At ſi idem in verſu/dixit Tymbreus Apollo
Hoc ſup̄ Antimachū/Vergiliūq̄ probat.

¶De Heuerlin.ad inferos cōmeante/vt illic nouā Plutoni Academiā erigat.

Unus ſat fuit hactenus ſeueri
Ditis ianitor/et ſtygis profunde
Cuſtos Cerberus/ore qui trifauci
Vmbrarū loca territat ſilentum
Illuc ſed cane/viperaq̄ peior
Collectis mō ſarcinis/meabit
Tilmānus nota temporū ſuorum
Cuſtos liminis alter/et magiſter
Quo cū venerit/ille glorioſus
Ad ripam Phlegetontis eſtuoſi
Ingentem ſtruet/erigetq̄ ludum
Plutoni/et poſita ſedens cathedra
Artem Rhetoricam/Poeticāq̄
Concurſu ſimul/et fauore magno

Perget Tartareas/docere/ranas.

¶Qua diligentia doceat Heuerlingus.

Quicquid Heuerlingus legit auditoribus/illud
Vulgari lingua/theutonicaq̃ docet
Atq̃ ait hoc pueris multũ conferre puſillis
Qui nondũ capiunt/verba latina/ſatis
Ergo erit/vt ſedeat inter pueros/opus ipſi
Qui nondũ quid ſit/lingua latina/ſapit.

¶De exacta Heuerlingi quarundam vocum noticia.

Solus Heuerlingus/bonus eſt in carmine/ſolus
Eſt bonus Orator/Grãmaticuſq̃ bonus
Antigones volucrem/vero tũ Ibida dici
Noīe/delirus ſomniat/atq̃ docet
Et que de vitis/clarorũ/dicta/ſophorum
Collegit facili noſtra/labore/manus
Hec appellauit nup/Stratagemata/vecors
Ignorans penitus/quid Stratagema velit
Se tamē immenſe doctrine iudicat/atq̃
Ipſe culex cũ ſit/ſe putat eſſe bouem.

¶De Eiuſdem caſtigatiſſima orōne.

In ludo pueri/que nō impune loquũtur
Preceptor quoties/Tetricus illa/notat

Semper Heuerlingus/hijs vtitur/hyſq̃ poetam

Se vitijs (tanta eſt ſtulticia) eſſe putat.

¶ Qđ Heuerlingus abſtinẽtiſſimus ſit veritatis/et mendacij tenaciſſimus.

Que mihi feciſti nunq̃ȝ/pulcherrima iactas

Et que feciſti peſſima/facta negas

Sic Tilmãne tuos/vllo ſine pignore/nũmos

Qđ mihi credideris/poſt mea terga refers

Sic mihi (more tuo) petulans/linguaq̃ȝ furente

Qđ detraxiſti/hoc ſupprimis/atq̃ȝ taces

Accepi fateor de te/ſine pignore nũmos

Ipſe ſed nũmos/dico fuiſſe/meos

Ergo mentiri de me Tilmãne cauebis

Qđ dederis nũmos/credideriſue mihi

Soluis/nõ credis/ſi des ſua nomina rebus

Qđ nullo teneor/reddere iure/tibi.

¶ Ad Heuerlingum de figurata quadam eius locutione.

Scripſiſti nuper/niſi et hoc Tilmãne negabis

Cras adſis menſe/participeſq̃ȝ mee

Quur nõ ſic? Rector rubei venerande Leonis/

Cras adſis menſam/participeſq̃ȝ/meam.

¶ De Heuerlingi noua quorũdam nominũ declinatione.

Buſchie qui dicit/Pomponie/Julie/dicet
Et dicet Varie/Perſie/Vergilie
Buſchie semꝑ ais tamē/et mihi Buſchie ſcribis
Nec ſic Cenſuram/grāmaticoſqꝫ times
Es cordatus homo/et plus q̄ꝫ quis crederet audax
Qui ſpreta/gaudes oīa/lege/loqui
Vnde tibi hec animi vis ? vnde licentia tanta ?
Qd te grāmatici/regula nulla/ligat
Forte ꝙ es rubei/Rector Tilmāne/Leonis
Hinc tibi q̄ꝫ reliquis/plura licere/putas.
¶Qm̄ cauto delectu v̄boꝝ vtat Heuerlingus.
Semꝑ Heuerlingus cū vult meminiſſe poete
Quo fama andini/contigit aſtra/laris
Dicere Virgilius faſtidit/vileqꝫ nomen
Hoc habet/et iuſto plus triuiale putat
Dūtaxat dicit/doctus Maro/vel mō vadam
Carminaqꝫ/in magno/quiqꝫ/Marone legam
Sed tam magniloquus/niſi opem fert Badius illi
Ordine in exiguis/perſpicuiſqꝫ dato
Ignarus rerum eſt adeo/componere verſum
In toto nullum/rite Marone/poteſt.
¶Quis grāmaticorū oīm doctiſſimus
habeatur Juditio Heuerlingi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0061-2

Iudice Tilmāno/norunt/q̄ꝫ Aſcenſius/om̄es
Cōmentatores/Grāmaticiqꝫ minus
Vt Mancinellū taceam/taceam Beroaldum
Vallam/Vbertinū/Sulpitiūqꝫ premam
Atqꝫ alios/etas quos noſtra/aut proxima vidit
Quorū nō certe eſt/parua leuiſqꝫ/manus
Marcellus/Feſtus/Donatus/Seruius Acron
Cum docto/minus hoc/Porphyrione valent
Hoc vno aggreditur/Cōmentatore poetas
Hoc ſapit/hoc viuit/hoc ſine marmor erit

De Heuerlin.maximis in ſe bn̄ficijs.

Duxit Heuerlingus me(nō ego facta negabo)
Forſitan ad cenam/terue/quaterue/ſuam
Sed tanq̄ꝫ Creſi/dederit mihi/diuitis aurum
Et quaſcūqꝫ vehunt Hermus/et Indus/opes
Om̄ibus hoc narrat/per totam/garrulus/vrbem
Hoc in Conſtrinis/balneoliſqꝫ refert
Audijt hoc Sutor/piſcator/Nauita/Caupo
Hoc Auceps/fartor/cūm lanioqꝫ/cocus
Mirabor ſi nō/hoc et ſcit pharmacopola
Et cū collegis/Bibliopola/ſuis
Hoc nō ignorat Doctor/Sociuſue Magiſter

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0062-8

Hocq́ſacerdotes/Editui q́ ſciunt
Hoc etiã vetulis dixit/retulitq́ puellis
Et reor obſcenas/hoc quoq́ ſcire/lupas
Hoc et Cerdones/Ciniflones/hoc paſitos
Non fugere/obſcuro cum Ganeone/poteſt
Hoc et/nexorũ cuſtodibus/eſſe relatum
Hoc et Tortori/Carnificiq́/puto
Ergo qui/in cũcta/fieri vult fabula/turba
Tilmãni capiat/terue/quaterue/cibum.

¶Teſtimonia eius liberalitatis.

Si nobis ideo Cenam/Tilmãne/dediſti
Ut rexis menſa/nos egiuſſe/tua
Et te propterea/verbis petulantius/effers
Obijcis et forſan/prandia quinq́/mihi
Ibis Aricinũ poſt hac/iactator/ad axes
Cõuiuam/et capies/quem libet/inde/tibi
Si me Cenipetã/ſi te Tilmãne/Poetam
Credis iuditiũ/fallit vtroq́/tuum

¶Ut melior ſit Exprobrator Heuerlingus q̃ Conuiuator.

Ohe/iam ſatis eſt/digito iam claude labellum
Jam finem verbis pone/moduq́/tuis
Exprobrauiſti iam ſat/Tilmãne/quieſce

Traxiſti ad Cenam/ꝙ me aliqñ/tuam

Exprobratorem nõ poſſum ferre/Vitelli

Lucullicꝫ dapes/det licet ille mihi.

¶Grata cõmemoratio munerũ Heuerlingi.

In me Tilmãnus/tot munera cõtulit/et tot

Officia/et ſolus tot mihi dona dedit

Que ſi nõ falſo iactat/mihi erit Polydorus

Cogito nunc/illi quis Polymeſtor erit.

¶Qđ ſit nectende fraudis/nõ inſtrennuus Artifex Heuerlingus.

Roſtochij quidã/noſtrũ/bene notus/vtricꝫ

Sed longe/morũ te bonitate/prior

Tũ quoties ſic me traheres/ad prandia/dixit

Fronte ſub hac blanda/corda canina/latent

Blandicijs iſtis nõ credas/retia tendit

Vt te deludat/ſubdolus iſte vocat

Non amor eſt/fraus eſt/verbo inſidiabit̃ omi

Quod loqueris/Tutũ nec tacuiſſe tibi eſt

Si premis ora/facit mutũ ignorantia dicet

Hiſcere ſi tentes/carpere cuncta volet

O qꝫ gnarus erat/morũ hic Tilmãne tuorum

Et qꝫ predixit/oĩa vera/mihi

Non pennas augur/fibras cognoſcit aruſpex

Certius ingenium/q̃z tenet iſte/tuum.

¶Qđ Heuerlingus vultu non malus videat̃/ſed opera tamē fallat.

Blanda quibus frons eſt/pfuſaq₃ nectare lingua
Sed cor triſte dolo/perfidiaq₃ tumet
Qui pacem vultu ſimulant/et amica loquūtur
Verba/ſed infeſta prelia mente gerunt
Qui preſente viro/niuei ſunt velleris agni
In tergum ſeui dente/truceſq₃ lupi.
Quid dicis/tales an ſunt Tilmāne cauendi ?
Sunt puto. Sed mores vox notat iſta tuos

¶Non facile Heuerlingo credendum ꝓpter ingenij excellentiam.

Simplex/ſincerus/rectus/bonus/integer/equus
Sis eſto/nec fraus hereat vlla tibi
Candidior Cygnis videare/aut deniq₃ candor
Cunctis/nec te/quid/ſanctius/eſſe putent
Nil Tilmāne tegam (neq₃ em̄ oēs oīa laudant)
Te nec amo/caſſam nec tibi credo fabam.

¶Qđ frontem perfricuit/hoc eſt/pudorem amiſit Heuerlingus.

Pulcher Heuerlingus/crines habet auricolores
Et flauam toto vertice Ceſariem

Nil quod diſpliceat formoſo in corpore cerno
Sed decorant dn̄m/ſingula membra/ſuum
Vnū illi tantū nocet/et bona cetera ledit
Tam pulcher/frontem q̄ ſibi perfricuit.
¶Qua ex cauſa Heuerlingo barba nō naſcatur
Dic mihi Muſa precor/dic Calliopea/ſororum
Et ſacri regina chori/Cur leue/piliſq̃
Semꝑ Heuerlingi guttur/mentūq̃ carebit
Cur nō barba genas veſtit ? nō ora virilis ?
Vmbra ſubit ? quē cauſa pilos ſecreta retardat
Queſo doce/dubiūq̃ anis/hoc detrahe/noſtris
Nam quadraginta plenos/vel circiter annos
Vixit opinamur/dūq̃ illi parca laborat
Luſtra octo neuit/iuueni irreuolubile penſum
Tunc ſic orſa loqui/ſed et alludente parūper
Muſa ſupcilio/tanq̄ʒ dictura iocoſum
Ridiculūq̃ foret quiddā/grauitate remiſſa
Accipe/ſed breuiter (neq̃ eni̅ hijs ſunt tp̄a nugis
Impendenda diu) Cur ſit ſine veſte/requiris
Hoſtis bucca tui/Ratio eſt nō vana/ſed apta
Riſibus immodicis/atq̃ elicitura cachinnos
Saturniq̃ etiā feſtis/recitanda/diebus

Tpe vel Maij/quo ludos flora ciebat
Quos olim pleno/ſpectabat Roma/theatro
Scortillū quoddā (Phiala illi argētea nomen)
A iuuene in lecto complexū dulciter/atqꝫ
Compreſſu molli/faciente Cupidine pugnam
Et tepido argutante thoro/ſub nocte maligna
Cepit Heuerlingus/rubei intra tecta Leonis
Diſcipulo impune/cū quo deprenſa cubabat
Infelix meretrix/et quo libuiſſet abire
Permiſſo/nudā virgis/flagriſqꝫ puellam
Dilaniauit atrox (tantus ſeruator honeſte
Hic diſcipline eſt) donec de ventre ſoluto
Viſceribuſqꝫ imis/miſeranda/humore liquenti
Reſperſit vultū cedentis/et ora/magiſtri
Ecce ſacerdotis ſortem/miſerata/vicemqꝫ
Tunc Venus alma ſue/certo medicamīe/o letum
Virgineū infecit/vireſqꝫ has ſumere iuſſit
Vt quaſcūqꝫ gene partes tetigiſſet/et oris
Nulla has ſperata/veſtirent tpa/barba
Dixit/et in montē Parnaſſum/ablata/volauit.

¶Qm̄ claro ſit Roſtochij apud popu lum rumore Heuerlingus.

Iam ſatis atq̄ ſuper/de me/Tilmāne locutus
Narraſti cenas/abſq̄ rubore/tuas
Omnibus hic ſermo eſt/intra Pomeria notus
Et credo melius/q̄z ſua cuiq̄ domus
Tu tamē vlterius blateras/ſine more/modoq̄
Sciſq̄ q̄ inuitis auribus/iſta canis
Dic aliquid potius/quod te Tilmāne rogabo
Et quod in hac/rumor murmurat/vrbe frequēs
Tu ne ſoles virgis ſcorti inguina cedere ? tu ne
Lictori officiū preripuiſſe ſoles ?
O hoīem imitem/tenere quē verba puelle
Flectere/quē blande nō potuere preces
Quē caro/que niuei vincebat cymbia lactis
Queq̄ vteri mouit forma/tumorq̄ nihil
Infra ventriculū/quē nō Veſica/leuatum
Mulſit vbi archana/fons hiat vdus/aqua
Quin nudā/et toto pauitantem corpe/ſeuis
Ah miſerā flagris/verberibuſq̄ furens
Obiiceres/hoc nō Lybicis/Antheus/in oris
Feciſſet/quāuis ſeuus/atroxq̄ fuit
Hoc nō Buſiris rapidus/toruuſq̄ Procuſtes
Non faber hoc tauri/ſuppliciiq̄ trucis

Tunc iuro rigidum/portaſſi in pectore/ferrum
Corq̄ʒ tibi aſperius tunc Adamante fuit
Si nō cōmota eſt.tunc/aūt miſerata/p̄cantem
Si iacuit ſegnis/mentula ſurda tibi eſt.

¶ Qđ Heuerlingū non putet ſibi imitandū ꝓpter nimiā morū elegantiā.

Qđ Tilmāne tuas nugas/fumoſq̄ʒ proteruos
Contēno/ingratū me/indomitūq̄ʒ vocas
Et recitas cunctis tragico/tua prandia/luctu
Que dederis ventri/contuleriſq̄ʒ meo
Gorgoneis hydris/Scylle/ſtrigibuſq̄ʒ dediſſes
Harpyijs/Lamijs/manibus/iſta/velim
Non ſum crede tue/nō ſum Tilmāne/farine
Nam nec adulator/Scurra nec eſſe volo.

Qđ in nullo vnq̄ʒ melior apparuerit opa Heuerlin.q̄ʒ in enarrādo nuꝑ Iuuenale.

Cum Iuuenalis opus/caſu arridente/docerem
Roſtochij/et flatu/ferri/mea vela/ſecūdo
Triſtis Heuerlingus gemeret/grauiterq̄ʒ doleret
Mox cepit (furijs iecur excruciantibus) omni
Nocte/dieq̄ʒ modū reperire/viāq̄ʒ nocendi
Obſtandiq̄ʒ mihi/Tantus furor intima p̄ſſit.
Qđ ſi audire vacat/paucis quid fecerit edam

F iij

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0069-0

Vt mihi rem gereret/quauis ratiõe/moleſtam

Acer aquinatem/tentauit et ipẽ/Poetam

Non legere/aut ſatyre ſenſus aperite latentes

Nanqꝫ eget hoc acie meliore/aliaqꝫ Minerũa

Sed laniare locis mille/et corrũpere mille

Inſignẽ/eſt auſus/deformi ambage/Poetam

Nec minus inſano/hũc ſecuit temerarius/auſu

Qm̃ nuꝑ miſerũ/lacerauit verbere/ſcortum

Quod nate diffiſſa/nimia anxietate pepedit

Et liquido inuiſum/repleuit ſtercore/vultum

Hos animos facit/et faſtus Aſcenſius illi.

¶ Cuidã Heuerlingi cõuitio rñdet.

Scribit Heuerlingus/ꝙ toruo carmine latrem

Ceſa ab eo virgis ſcorta furore latrant

Et populo riſu/turbiſqꝫ crepantibus/illum

In medio allatrant exagitantqꝫ foro.

¶ Qđ Heuerlingus ſuo ipſius inditio
ſolus ſit audiri dignus.

Cogit Heuerlingus/iuuenes ſua diſcere tantũ

Et ſordes quas ſcit/vel rudis ipẽ capit

Hijs ſi quid Vatũ legit/exponitqꝫ bonorum

Singula corrũpit/Carmina/mille locis

Inuidet et doctis/indignaturqꝫ peritis

Cedere/et obloquijs mordet/vt ore Canis

Ergo ad Heuerlingū pergat/meliore relicto

Diſcere qui ſordes/Barbarieq́ʒ volet.

¶Qd Heuerlin. aliū virū poſtea cogno-uerit q̄ʒ prius de facie iudicauerat.

Te primū vt vidi frugi/Tilmāne/putaui

Sed didici melius poſtmodo/qualis eras

Qualis eras (ſi ſcire cupis) tibi dicere poſſem

Laudare in faciem/ſed mihi turpe foret

¶Qd Heuerlingus et Proſam et Carmen eque calleat.

Tilmānus Proſam/ſeu mauult cōdere Carmen

Delirat miſer hic/peccat ineptus ibi

Roſtochij̄ tamen eſt rubei (res mira) leonis

Rector/et hic maius vel Joue nomē habet.

¶Quāta nō ſolū adſit/ſed etiā ſupſit Heuerlin. in oībus hūanis lrīs ſcientia.

Interpres Vatum q̄ʒ caſtigatus ad vnguem

Hic ſit Heuerlingus/iam meminiſſe libet

Piniferū/Atlantem locat vltra flumīa Gangis

Et Taurū/Syrtis diuidere arua facit

Et Rhodopen Durio/Niloq́ʒ aſſignat Olympū

Et datur Archadie/hoc iudice/celſus Athos

Finibus hic iiſdem Cylices/Nonadaſq́ʒ coercet

Et Lybie populos aſſerit eſſe/Getas
Lotophagoſqꝫ docet/glaciali habitare ſub vrſa
Et Celtas/Mauros/Aethiopeſqꝫ vocat
Cecropidem Cadmū putat/Aoniūqꝫ Solonem
Milciadem penū/Laomedonta ſyrum
Neptunū flāmis/Vulcanū preficit vndis
Gradiuū pacis p̄dicat eſſe deum
Plutoni tedas/Hymeneo iura ſepulchri
Funebreſqꝫ faces/exequiaſqꝫ refert
Si loquitur ſtellas/Hyades ſub ventre Leonis
Conſtituit/Libram, pleiadas eſſe canit
O hoīem/poſſit plus q̄ꝫ quis credere doctum
Hinc tumet/et Muſas nil pūtat eſſe/meas.

❧ Heuerlingus parū poetice/imo ridicule hac dictiōe/Metrū/vtat̄ fere in carminibus ſuis oībus.

Scripſiſti nup̄/ſi ſum non īmemor/et ſi
Non perijt digitis/littera ducta/tuis
Sic tua dulciflu o complerūt metra lepore
Hec eſt ingenij/Vena diſerta/tui
Carmina (qd̄ refugit ſummus minimuſqꝫ poeta)
Tu rudis/atqꝫ exlex/metra vocare ſoles ⁊

❧ Heuerlingū rudem Verſificatorem videri/Poetam vero minime.

Deſine Pyerios latices corrūpere/ſacras

Deſine (ſi pudor eſt) ſollicitare deas

Deſine Phebeos/interſtrepere Anſer/olores

Improbe/conceſſam nō tibi/pone lyram

Propter verſiculos quoſdam tenueſq́ʒ/rudeſq́ʒ

Q̄d credi a doctis/ſtulte/Poeta cupis

Deliras Tilmāne palam/fruſtraqʒ ſupbis

Si quid eris/tantum Verſificator eris

Si differre putas nihil iſtos/Verſificator

Non eris/agreſtis ſed mihi foſſor eris

¶ Q̄d Poete nihil preter furorem habeat Heuerlingus.

Hoc in te video ſolum Tilmāne Poete

Q̄d facile inſanis/cetera non video.

¶ Q̄m ſit vtilis p̄ceptor iuuētutis Heuerlingus.

Quod Talpe aggeribus/ſatis pruine

Frumentis tinee/maliqʒ vermes

Quod fedum nitidis cadauer vndis

Auſter floribus/hortulo virenti

Quod ſcrofa improba/vineiſqʒ grando

Et quod frugibus Anſer eſt paluſtris

Quod lappe/tribuliqʒ velleri ſunt

Imbres quod tritico frequentiores

Quod pullis querulus/rapaxq̧ Miluus
Niſus ſimplicibus quod eſt colūbis.
Vmber quod lepori canis ſubacto
Quod paruis gregibus Lupi feroces
Mergus piſciculis/hyrūdines quod
Crabroneſq̧ apibus/graueſq̧ veſpe
Serpenti quod Araneus/Locuſte
Hoſtis Polypus/hoc Latinitati
Hoc Muſis ſtolidusq̧/barbaruſq̧
Tilmānus/Rubeū regens Leonem
Cui pro moribus/artibuſq̧ digna
Si credas ſtabuli ſuū/canūq̧
Rectorem decet eſſe/vel caprarum
Et non ingenue Ducem iuuente.

¶Qm̄ apte et vnde inditū cognomen Heuerlingo.

Fecit Heuerlingo/ſterilis cognomen auena
Sed male/nugarū nam ſolet ferax.

¶Qd cū gladio accinctū/nō equo aīo videat Heuerlingus.

Qd gladiū porto/nō ſana mente/nec equa
Cernit Heuerlingus/ſolus et inde dolet
Quidnam hoīem moueat/nō poſſum ſcire/nec eius
Membra vnq̄z gladio/ſunt violata/meo

Quid ſi cum leuis/quid cũ ſit ſemiuir ipſe

Ingemit hec neruis/Arma negata/ſuis.

¶ Qđ linguã ꝛ ſtilo modeſtiſſime vta tur Heuerlingus.

Uilis Heuerlingus/laruis/fatoqꝫ ſiniſtro

Perditus/et geneſi deteriore ſatus

Atqꝫ Magiſtrorũ fex infima/fexqꝫ Cloace

Necnon fex fecis peſſima/fexqꝫ ſtygis

Que non Veſpillo vellet/nõ dicere leno

Non que/vulgato corpore/proſtat Anus

Verſibus eructat/cũ in queq̃z ſcribere geſtit

Cum certat poſitis/hec mouet arma/libris

Si caſtos habuit/ſtudia ad generoſa/magiſtros

Ad mores geſſit/ſaxea corda/bonos

Si vero ſcurris/ſub preceptoribus/egit

Ad res infames/ingenioſus erat.

¶ Qđ equanimiter Heuerlingo ſe diſ-plicere patiatur.

Si tibi diſplicui/non diſplicuiſſe recuſo

Si placui/dolet hoc/diſplicet atqꝫ mihi

Hoc Tilmãne libet/recta mihi fronte/fateri

Nil minus optabo/q̃z placuiſſe tibi.

¶ Qm̃ varijs natura dotibus inſigni-uit Heuerlingum.

Tilmannus pater eſt ineptiarum.

Tilmãnus rudis eſt/et impolitus
Tilmãnus niger eſt/et eſt bilinguis
Tilmãnus petulans/loquaxqꝫ ſcurra eſt
Tilmãnus/mala peſtis eſt/latinis
Tilmãnus piger eſt/et eſt guloſus
Tilmãnus ſcaber eſt/et vlceroſus
Tilmãnus ſouet/excitatqꝫ rixas
Tilmãnus ſalebra eſt moleſtiarum
Tilmãnus furioſus eſt/et excors
Tilmãnus rapide/eſt puer/Megere
Tilmãnus ſtygis/eſt alũnus/atre
Tilmãnus nimio furore marcet
Tilmãnus vitio laborat omni
O ſeclũ inſipiens/et infacetum
Quo talis docet/et regit magiſter.

¶Os videri poſſit e riſu natus Heuer
lingus/adeo ob ineptias omnes eum
rident.

Iam Tilmãne ſede/tace/quieſce
Rident te pueri/viri/ſeneſqꝫ
Rident te vetule/iuuenculeqꝫ
Rident te meretricule/palamqꝫ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0076-6

Rident/carnificem ſuum vocantes

Rident te madidiq₃/ſobriiq₃

Rident te nitidiq₃/ruſticiq₃

Rident te ſtolidi/eruditiliq₃

Rident te mō cognitū bubulci

Rident te mō cognitū ſubulci

Rident extranei/incoleq₃ rident

Rident indigene/exteriq₃ rident

Lectis verſiculis tuis/meiſq₃

Jam Tilmāne/ſede/tace/quieſce.

¶ Heuerlingū qui eū p Buſchio buxeū noīauit viciſſim irridet/ p Heuerlingo ipm ſtramen auenarū appellando.

Stramen auenarū/quāuis blateretq₃ frematq₃

Non tamen id/buxo/fortius eſſe poteſt

Stramen auenarū/q̄zuis ſe comparet auro

Attamē id ſtramen/ceu fuit ante/manet

Stramen auenarū/q̄zuis Cōuitia ructet

More ſuo/rabies nō nocet iſta mihi

Stramen auenarū/q̄zuis me rodat/inermis

Non tamē illius vulnera bucca facit

Stramen auenarū/q̄zuis putat eſſe moleſtum

Se mihi/res ſomnū/nil grauat/iſta meum

Stramen auenarũ/q̃zuis triſcurria latret

Decreſcit fame/nil tamẽ inde/mee

Stramen auenarũ/q̃zuis noua carmina condit

Jlla tamẽ mendis/barbarieq̃z tument

Stramen auenarũ/q̃zuis mirentur inepti

Doctius et grũnit ſus/et aſella rudit

Stramen auenarũ/q̃zuis affectet honores

Vatis/id ad vaccas/ad ſtabulũq̃z trahan

Stramen auenarũ/q̃zuis ſim Buxeus illi

Si viuo/populi fabula turpis erit.

Stramen auenarũ/quod me terrere volebat

Me nunq̃z ſtramen pertimuiſſe ſciat.

¶ Ad Heuerlingum penitus iſta contempnere nõ dubitet.

Curat Heuerlingus/minus hec/ſcio/Carmia nrã

Quã vermes capitis (quos necat vngue) ſui

Mens eadem nobis/facimus nec pluris et illum

Quã vermes capitis (quos necat vngue) ſui.

¶ Finis Oeſtri in Heuerlingum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0078-7

¶Pantaleon Leonicenus in Heuer.

Rem factam Tilmānus habꝫ/qui dente nefando
Eſt auſus Vatem dilaniare ſacrum
Nam quod queſiuit demens/nimiūqꝫ cupiuit
Jam magnū/docto carmine/nomē habꝫ
Sed quale eterni meruit detractor homeri
Zoilus/Aonij fabula nota chori
Ergo īmortali nunc poſteritate fruetur
Jlli nec poterit/ſumma nocere/dies
Victurāqꝫ ſuam/cernit poſt funera/famam
Viuere ſed famam/ſic ego nolo meam.

Impreſſum ad honorem/et ſempiternam
Tilmanni Heuerlingi memoriam/
Anno Milleſimo Quingente
ſimoſeptimo Duodecimo
Calen̄.Decem.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0080-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0081-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0082-9

154100

AB 154100

ULB Halle 3
004 159 632

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0083-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0084-0

# In hoc opuſclo hec ɔtinent.

¶ Hermãni Buſchij Spicilegiũ .xxxv. illuſtriũ phõrum auctoritates vtileſq; ſententias continens.

Eiuſdem in laudẽ diue virginis Epigrãmata quedã.

Epiſtole item et verſus quorũdam doctorũ virorũ ad eundem.

Oeſtrum in Tilmannũ Heuerlingũ eiuſdem.

KŒN: DOM-
GYMNASIUM
ZU
MAGDEBURG.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118254-p0085-5